d cap.e 13 n.o 2 Gregorius Madera lib. animadversionū
cap.e 26 n.o 4 Laurentius Vala lib. 6 cap.e 41. Ergo in
d l. interdum non agit de posessione quatenus est jus
insistende rei, hec enim tam convenit rebus mobilibus
quam immobilibus, sed quatenus ex comuni usu loquē
di proprietatem et res mobiles posesas denotat, ut animad
vertit Belocretus in presēti n.o 104

Verum licet hec doctrina in se vera sit ego
tamē adverto non convenire d legi interdum quia
si eum judicio expendamus non magis pertinet ad res im
mobiles quam mobiles cum solum dicat posessionis verbū
interdum proprietatem significare et constet verbum
proprietas tam pertinere ad res mobiles quā immobiles
Quare ad probandam eam conclusionem melius alegari
potuisset tx in l. rura 14. C. de omni agro deserto ubi
verbum posessio ad res immobiles tantum refert. quin
imo non omnia immobilia bona sed predia rustica
dum taxat ipse ea voce significat l fin C de locato
quam ad hoc bene expendit Rebufus in d l. interdum
versiculo quod. v. Ex quibus Utiliter infert cum n.o 9

qui

qui legat possessiones suas immobilia exceptis domibus videri legasse nisi aliud suaderet consuetudo regionis cui standum est l. si servus plurium 50 §. fin. ff. de legatis 1 l. librorum 52 §. quod tamen Cassius ff. de legatis 3 quod nominatim in presenti docent Ripa nº 23 Bolognetus 106 Lucas de Penna in l. cum quae C. de incolis lib. 10 Rebuffus in d. l. interdum versiculo et quamvis. Caeterum licet haec ita sint quia tamen saepe accidit ut proprietas ad aliquem usus fructus ad alium et possessio ad alium pertineat per l. miseri haec non oportet in proprio substantiae ut admonet consultus in l. permiseri 52 ff. soc. tit. unde Jabolenus in l. quaestio est 115 ff. de verborum signif. possessionem distinguit a proprietate quadmodum Ulpianus in l. naturaliter 12 §. nihil commune ff. soc. tit.

Possessio quid sit et de vera eius deffinitione articulus secundus

Nº 10 Deffinitionis cuiusque cum ea sit vis ut id quod deffinit explicet, eius rei proprias indicans potestates breviter et absolute ut ex Marco Tulio et alijs notabimus disputatione 1 nº 3 et possessio de cuius deffinitione nunc agendum est magna ex parte facti sit ut mox insinuavimus. Quae res prudentissimos quosque fallere solet l. 2 ff. de juris et facti igno. quam exornavimus d.ª disputatione 1 nº 14 peritissimos etiam Romanos eam deffinire ausos non fuisse mirum est ita refferente Accursio in l. stipulatio 38 §. haec quoque verbo stipulet ff. de verb. obligationibus. Cuius rei difficultas effecit ut ab Accursio ad nostram usque aetatem unusquisque propriam confinxerit, ut ex eo diximus in presenti verbo possidibus Bartolo nº 6 Jassone 32 Vincentio 31 Ripa 25 Bolognetto 152

Or

Ormanolo Decio 45 eodem Ripa in rubrica de causa possessionis ex n.o 1 Corano in 8.o nihil comune in prelu dijs Medijs de diffinitionibus cap.o 66 Conano lib. 3 cap.o 8 n.o 1 Petro Gregorio d. cap. 13 n.o 6 Antonio Concio lib. 1 disputationum cap.o 9 Alciato in l. quinque pedum n.o 86 C. finium regundorum Duareno lib. 1 disputationum cap.o 8 Donelo lib. 5 comentariorum cap.o 6 Constantino in princi pio ex n.o 2 instituta de usucapionibus Didaco Perezio in li. tt.o 13 lib. 8 ordinamenti Antonio Gomes in l. 45 tauri n.o 17 Covarruvias in regula possessor 2.a p.e in initio n.o 3 nobis sicut placuerit semper a Theofilo tradita lib 4 institutionum tt.o de interdictis quam Duareno ramisitato et Vbizembeguio in paratitla huius rubricę n.o 2 magis pro bat et admitti videt. lege prima tt.o 30 p.o 3. ab ea non multum discedentes ut totam rei substantiam comprehendamus sic diffinimus Possessio est detentio rei corporalis quę in comertio sit, alijs possessoribus vacua cum affectu domini possidendo minantis coniuncta. Diximus detentio loco generis quia verbum hoc late patet, et omnem tenendi possidendi quę rationem complectitur ex hac l. 1. l. possessio 49 ff. et mox ostendemus n.o 12: quia tamen plures sunt qui quam vis rem detineant et occupent atque in possessione sint, non possident sequentia verba adijecimus

Verum quia difficilime huius materię cogni tio ex diluida diffinitionis explicatione nascit subsistendum est ea quę accurate exponenda: Exigit ergo nostra diffinitio in persona possidentis duo: In re possessa tria. Hęc ubi adfuerint adesse quoque possessionem N.o 11

in

indubitanter dicis

Primum igit in posidentis persona exigimus ut quis rem teneat, quia posesio detentio e, et poside re Sis dicit qui naturaliter posesioni insistit. Ex Sic con Junctis supra ex nº 2 observatis. Ergo etsi quis eo ani mo sit ut vellet rem suam esse, si tamen eam corpore nõ prehenderit ut teneat non posidet: ut eleganti exemplo probat Cu[14] in L 3 §º Neratius ff. Soc ttº. Quo pertinet qd dicit nõ nisi animo et corpore posesionem adquiri d L 3. in principio L quemadmodu 8 ff. quamuis solo ani mo retineamus. Detentionem enim sufficit sicut alias sit ab initio rem corpore tenere quo posideas L Licet q. C. Soc ttº quod utilitatis gratia receptu e ne habitudinis more perpetuo domi nos continere, aut Jus nostru ami ttere cogamur: vel ubi cum proficiscimur ad Nundinas nemine domi relicto, et nihilominus eudem animu posidendi que prius habueramus retinemus L 3. §º saltus L clam posidere 6 §º qui ad Nundinas ff. Amitti autem an solo animo posit, an ũ. utrumque adesse et corpus et ani mu necesariu sit dubitabilius e propter disidentia Julij Pauli verba in d L 3 §º in amittenda et in d L quem admodum: quas interim dum ibidem interpretamur vide quæ scripsi in §º fin ex nº 60 insttº de Ser[...] qualitº.

Nº 12 Plane quia nõ e satis rem tenere etiam si maxime tenendi afectu ex Justa causa habeas, ideo in nostra definitione adjecimus cum afectu domini seu dominantis coniuncto. His enim posidet qui rem te

tenet domini affectu id est qui pro suo seu tanquam suã tenet ei quæ illa visa sibi. Idemum ex Jure certo sit, declarat exemplo certũ omnium qui rem aliquam etiam Justa ex causa tenent, nõ tamẽ ut suã sed ut in aliena versant. Ecce colonus qui fruendi causa rem alienam tenit, etsi ex Justa causa tamẽ nullam possessionem habet. L. cum solum 33 §. 1 versiculo fin. ff de usucapio. l. sine possessione. vs. illa tit. consonanta Lege 2 C. de prescriptione 30 annorũ. Creditor item pignus acceptum maxime tenet et Justa ex causa, sed quia ut rem alienã tenet ideo non possidet l. vendidi 15. versiculo creditor ff qui satisdare cogant l. pignori 13. ſ. tit. 1. Elegantius ex e̅ plurimi usufructuario qui precipuo quodam Jure rem quã fruendi causa accepit tenet et acceptam retinet donec finito usufructu reddat L. 1 ff usus fructuarius quemadmodu caveat: et tamẽ nec possidet nec usucapit, quia tenet non suã sed ut alienam L. adquirit 10. §. fin ſ. tit. 1. E enim ususfructus alienis rebus utendi Jus L. 1 ff de usufructu et ornatu in principio inst.ª eodem. Eodẽ numero sunt qui a Prætore missi sunt in possessionem aut legatorũ rei servandæ causa, ventris aut dãni infecti nomine qui mittũt in res alienas custodiæ et observationis tantũ causa non dominij nanciscendi L. 3 §. fin L. si quis 10 §. idem Pomponius ſ. L. 1 §. quisquis ff quot legatorũ L. cum legatorũ 12 ff quibus ex causis in possessionẽ. Eadem etiam causa servi aut filij familias, res peculiares quæ alijs adquirunt etsi maxime eorum no sint ut habeant, tenere tamẽ nõ possidere dicũt

L

l. quod servus 24 §. hoc tit. l. stipulatio ista §. hec quo
que ff. de verborum oblig. quia non ut suas tenent qui
eas habere non possunt ut suas. et tamen hi omnes intendunt
possidere naturaliter, et nunquam possidere simpliciter intendunt
ut in dictis locis et hec l. 1 §. per servum corporaliter l. natu
raliter 13 in principio §. hoc tit. l. communi 7 §. neque ff. commu
ni dividundo ut ... Parladorius lib. 1 rerum
quotidianarum cap. 9 ... §. ...
hoc dicendum ... qui alienam rem non ut suam tenet, intelli
gimus dici abusive ... appellatione ex eo quod prima
fronte videtur non ex eo quod est.

Nº 13. Diximus in diffinitione rei corporalis quia cum
ad possessionem ... necessaria sit, corporalia
tantummodo possideri possunt: tangere enim et tangi nisi
corpus nulla potest res ut inquit Lucretius. Quare incorpo
ralia non possidentur l. 3 in principio §. hoc tit. l. servus ...
§. incorporalis §. tit. 1. Plene que corporales que incor
porales res sunt ex lib. 2 institutionum tit. de rebus corporalibus
intelliges

Nº. 14 Adjecimus que in conventione est quia cum possi
dendi hic sit finis ut quae possidemus ceu nostras nobis
habere velimus, vel ad ... vel ad
utilitatis ... in principio ... et sequen
tibus 1 tit. 1 conjunctis a Bart. traditis in l. si quis vi
17 §. differentia ex nº 4 §. hoc tit. si res in conventione non sit
repugnat possessionis et veram ipsarum naturam. Neque
obstat sepe legi hominem liberum possideri l. adquirit 1 in
principio ... §. idem placet 1 tit. 1 §. idem placet in tit.
per

perquas perso quonia' id dictum e' no' ex vero sed ex opini
one posidentis. Quare nec quid simpliciter dicit homo
liberi posideri, sed cum adjuncto ut dicat' posideri bona
fide: dum. §. qui posidet ita posidet ut putet dominum
suu', adque eu' pro suo habeat, quod sit opinionis ejus et
bone fidei. hominem enim liberu' quamvis eu' pro suo
vinciat nemo absolute dicit posidere. L. cu' heredes 22
ff. fin §. Idem quoq' et de ceteris rebus comercii exemplis
dicis

Denique diximus aliis posesoribus vacua quo N° 15
mam et si quis rem corporalem que in comercio sit
tanqua' sua' teneat tame' nisi sui re hec quoque sit
ut aliis sit posesoribus vacua no' posidebit. Cujus rei explicati
ta e' ratio quia placet duos eandem rem simul non
posse posidere § 3. ff. ex contrario §. hoc tit. Ergo si dum
alius fundu' posidet liceret mihi ejusdem fundi possesio
nem nancisci fieret ut eodem tempore ego et ille posi
deamus quod Jus no' patit, non magis qua' ut tu sta
re videaris in eo loco in quo ego sto: vel in quo ego
sedeo tu sedere videaris. Unde cum ex eo Jure posidere
incipia' prius e' ut ille posidere desinat. hoc in L. clam
6 ff. fin. juncta L. si nobis § fin hoc tit. hactenus de
diffinitione

Ex qua ejus que de explicatione iam infert N° 16
quod et si contra verum maxime sit an posesio Jus sit
an v°. factu' plane sequit posse bona detentionem esse
rem videlicet in facto et detinendo positam no' vero
Jus. Que sententia que ex Jure certo e' et a nobis probabit'
non

nō ē sine defensore placuit enim Bart.º in l. s. si quis pro emptore nº 12 ff. titº 1 probato ab alijs ut constat Romano nº 9 Alciato nº 26 Bolognito nº 183 in presenti eodem Alciato in tractatu de quinque pedum prescriptione nº 4 Corrato in rubrica Sucus titº nº 3 Berengario in 8º nº 5 A comune capº 1 nº 63 Coneno lib. 3 capº nº 1 Donelo d. lib. 5 comentariorum capº 6 pagina 3.

Nº 17 Quibus primo favent expressa Jura quæ eam rem facti appellant in d. l. 1. 5º adipiscimur 5º si vir uxori in l. possessionem 29 ff. hoc titº in l. bonæ fidei 48 5º in contrarium ff. titº 1 l. denique 19 ff. quibus ex causis maiores in l. 1. 5º scivola ff. si quis titº liberorum alijs quæ in locis in quibus IC. id scripserunt de possessione non tum cum adquirit sed de jam quæsita. Deinde ea quæ C. ex notatione et deffinitione de quibus s. cap. nº 2) vi propria atribuit possessioni hoc ipsum arguunt, possessionem in naturali detentione positam esse et extra detentionem partionem nō consistere. nam si pupilus rem teneat hoc animo ut possideat statim adquiret possessionem, etiam si Jus velit quidquam adquiri pupilo quod ei noceat aut de quo restituendo obliget. tantum ideo quia res facti est possidere res autem facti Jure civili infirmari nō potest d. 5º adipiscimur (ubi Lacius et de interpretatione l. possessionem 29 ff. et l. pupilus 11 ff. titº 1) Quæ ita autem semel possessione placet quemquam diu eam retinere quandiu naturaliter, id est naturali et corporali præsentia potest possessionem repetere cum vellit: ubi autem eum vellit

vellit repetere nō potest cōtinuo desinit possidere l. 3 § Nerva. l. et si nollet. 1 §. Sed et.

3° et pro eadem parte sequitur urgent argum. primū si possessio Jus esset eisdem illis legibus quibus, quibusdam personis sine ullo ipsarum facto Jura omnia restituunt et tribuunt, aliis sua auferunt aliis defuncti, pri?s tamen etiam possessio: nō enim restituunt certa aliqua Jura in quibus nō sit possessio sed in universum omnia. Ea autē absque naturali presentione nō prestat nec restituit ergo placet possessionem et si maxime negaret esse facti, certe tamē Jus nō esse maior patet minor probat. sic. Reversi ab hostibus Jure postliminij omnia pristina Jura recipiunt que per captivitatem amiserunt: id enim postliminij fictio efficit ut nūquam eos captos fuisse sed semper in civitate mācisse intelligat l. illa institutio 32 § 1 ff de hered. inst. l. postliminij § filio 16 l. postliminiū 19 in principio l. bona eorum 22 § 1 ff de captivis § si ab hostibus inst. quibus modis Jus § intrād ūinst. de hereditatibus que ab intest. et utrobique notantur at ij neque possessionē recipiunt neque septam usucapionē pro sunt: sed coguntur ex integro adipisci possessionem, inde que primū eis incipit cedere usucapio l. denique 19 ff ex quib. causis maiores l. cū heredes 22 § 1 §. l. si his qui pro emtore 15 §. tit. 1 l. in bello 12 § facti ff de captivis N° 18

Rursus probat quoniā placet heredem cū heres factus ē succedere in Jus omnem defuncti l. heres in omne 37 ff. de adquirenda hered. quia hereditas nihil aliud ē quā successio in universum Jus quod defunctus habuit tempore mortis l. hereditas. 6 ff de regulis Juris l. nihil aliud 29 N° 19

ff de verborum signif. exornaui in rubrica ex n.° 01 instit. de
hered. inst. attamen hijs non succedit in possessionem defuncti
sed necesse habet si velles possidere res hereditarias apprehen-
dere naturaliter cum possessio non transeat ad heredes, l. 2 in
principio ff. de acq. poss. quia possessio juris non est.

Nº 20 Ulterius hoc ipsum ostenditur quoniam id quod nostrum
est, id est jus siue jure nostro siue facto nostro, facto suo
nobis auferre aut minuere non potest aliquis l. id quod nostrum
6 ff de regulis juris (quam ego sic accipio) puta rem nostram
suo respondo, contrahendo, vendendo, tradendo, vel manet enim
nobis omnimodo dominium et pignus et si quod aliud jus
facto nostro ablatum l. soluendo 95 ff de negotiis gestis l. nec
filius 1 C de rebus creditis l. debitorem 15 C de pignoribus
Magis vero quasi quia rei possessionem aut ereptam eo facto
statim possidere desinit l. 3 § 5.° si rem l. rem quae 15 ff.
eodem quia possessio jus non est sed res in facto consistens et in
ea detentione naturali cuius facultas ademptam possessio-
nis dominum afert.

Nº 21 Dominium liberum etiam ideo rei suae dominium amittit quia
perforce ita ex sua detentione inueniat, ut quando dedit in
flumine, aut decidit ex curru cadenti 50 fin. in fine inst.
de rerum diuisione ibi nec longe videntur desiderare abhis quae
de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt
l. 3 in princ.° ff de incendio ruina (quibus adde Quido-
nem Panzirolum in commentarijs in notitia utriusque im-
perij cap. 6. bene etiam explicat quae sit rheda currens a
qua res cadentes dominium permanere et apertius jure
dominium enim jus est quod semel quaesitum manet etiam
si

si res nostras adque adeo Jus nostrum ignoremus. Contra his factis statim possessio amittit d. L. 3. §o Neratius ff. hoc tt.o quod possessio non est Jus nam si Jus esset rei etiam non inuicta una cum reliquo Jure rei retineret

N.o 22

Preterea et alia consideratione a possidentium personis sumpta idem ostendemus. Nam si possessio Jus tenendi et insistendi rei esset, sequeretur omnem qui possidet Jus detinendi et insistendi habere: Item et illud omnem qui non possidet Jus insistendi rei non habere. Consequens est falsum quod possessio non est Jus detinendi aut insistendi rei. Responsio ostendo. Mulier que rem a marito donatam tenet ex injusta causa possidet et tamen uere possidet §o si uir uxori ff. hoc l. Et tamen Jus tenendi et possidendi non habet, ut cum maxime Jus aduersatur l. si eum qui 26. ff de donatio. inter. Verso uice, dominus Justus ut quimus alius possessor ui de possessione deiectus amplius non possidet d. L. clam 6. §o fin. Juncta lege sequenti ff. hoc tt.o l. naturaliter § in principio ff. tt.o 1. Hic autem Jus tenendi et possidendi maxime retinet: qua de causa illi prodita est actio ad possessionem statim recuperandam l. si quis ui 17. ff. hoc tt.o l. 1 et toto tt.o ff. unde ui. qua etiam respicit rei vindicatio que domino ad possessionem recuperandam datur L. officium 9 l. qui restituere 68 ff de rei vindicatione quod aparet possessionem Jus insistendi rei non esse

N.o 23

Contrariam tamen sententiam quimo possessionem non esse facti sed Juris defendit idem Bart. in presenti n.o 6 communis ex aliis late Cumano n.o 1 Jassone n.o 32 in presenti Aripa n.o 4 in rubrica de causa possessionis et ui d. §o nihil commune n.o 4 Antonio Gomes in l. 45 tauri n.o 18

Covarruvias in regula possessor in initio 2ª partis nº 3. Quibus similiter primo faciunt expressa Iura quæ eam non facti sed Iuris esse dicunt. Qui probatur in l cum heredes 23. l peregre 44 ibi Ius possessionis l possessio quoque 49 ibi plurimum ex Iure possessio mutuetur ebiro §. 1. ibi quia possessio non tantum corporis sed et Iuris est ff. hoc titulo l 2 § fin. ibi quia possessionem corporis vel Iuris adeptus est ff de precario l si a re 31 § fin. ibi qui prior Ius eius apprehendit ff de actionibus empti l non ideo sibi in concessum Ius possessionis obtinebis. C de liberali causa l nemo 10. ibi alia in quæ Iure consistit alia in quæ corpore C hoc titulo. 2º inducit et Simologia verbi quoniam ut supra diximus nº 3. verum est possidere compositum esse a posse sedere vel possidere sit posse sedere in re aliqua; ergo si possidere est posse sedere nihil aliud esse videtur quam Ius insistendi rei habere. 3º sic arguitur possessio animo retinetur d l clam 6 § fin l peregre 44 ff hoc titulo d l licet 4 C eodem § possidere instituta de interdictis l 2 titulo 30 pº 3. At hæc non est detentio rei cum res corpore teneat ut constat ergo relinquit Ius insistendi esse. 4º facit quoniam si possessio facti esset in servi persona consistere posset quia cum ea quæ facti sunt naturaliter intelligantur l nec servus 42 ff de peculio explicat Conanus lib. 2 cap. 3 nº 4 atque id si ito personæ cohereant l si statu libero 6 § fin versiculo hæc enim ff de statu liberis facit l ex omnica § ne autem versiculo sin vero talis C de caducis tollendis l 12 versiculo fuerás ende titulo 11 pº 3 eorum servus capax est l stipulatio ista 38 § si qui ff de verborum oblig. § sed cum factum 2 instituta de stipulatione servorum sed in servo non datur possessio l quod servus 24 l possessio 49 § 1 ff hoc titulo l numquam

3. 5.° servus §. ll.° 1 g.° Juris e nõ facti

Dicidiũ soe ubi componant interpretes dij crimen constituunt inter possessionem dium adquirit, et possessionem Jam adquisitã: ut videlicet illa que possessionem corpus et animũ requirit L 3 in principio §. et labe s. ex n.° 11 que facti sunt L bone fidei 48 §.° in contrariũ s. ll.° 1 facti etiam dicat. Sic que intelligenda esse omnia que pro prima opinione adduci solent. Quod si Jam possessio que sita sit et in esse producta Juris sit nõ facti Juxta d L per egre et secundam Bart.¹ sententiã. Quam concordiã comuniter ab omnibus secutã testat.ᵘʳ relati ab Antonio Gomez in d L 45 tauri n.° 18 que confirmari illis exemplis potest nã quemadmodũ ex contractu qui facti est L cons[illegible] 7 §.° fin in fine ff de curatore furiosi Juris resultat obligatio et actio L licet 42 §.° ea obligatio ff de procuratoribus: Itẽ etiã quemadmodũ ex actibus [illegible] et moribus qui meri facti sunt formata consuetudo resultat que Juris e [illegible] 32 ff de legibus sic ex detentione et rei possessione que facti est Jus etiam resultat

Verum ea concordia falax e. Nam [illegible] vulgati argumẽ quo contra eã nõ ubi [illegible] omitamus, qui p absurdum videri in natam rei substantiã per [illegible] fũdi: quid nostri nõ declinant simili contractus et obligationis de quo proxime, cũ constet contractus quo ad sui substantiã solo consensu perfici, neque aliã ad [illegible] ex [illegible] perfectione. quamvis ex eis effectus illi oriant id enim aliud est. Superiorem conciliationem ex[illegible] [illegible] argumentis pro prima opinione ex n.° 17 ad 23 adducta. Fune A.° 25

ma

maxime quoniā constat quæsitā possessionē solo animo retineri ut dixi mus n.º 23. Et tamē animū facti esse negavit nemo g.º Jam quæsita possessio facti est nō Juris. Ita et preterea quoniā si ea esset Juris: et capto ab hostibus reverso restitueret: et in heredem adita hereditate cōtinuaret contra ea quæ docuimus n.º 18 et 19

N.º 26 Clare frequētius nostri Aretini sētentia a Covarruvia in presenti n.º 3 probatā secut. docuerunt possessionem mixtam esse facti; et Juris ex legibus pro utraque opinione adductis: Quoniam se invicem et factū et Jus in possessione cōtingunt. Sic rerum possessionū vsus naturalis quæ insistentia, quam nos detentionem apellamus facti est d §.º adiecimus cū aliis ē enim a Juris ministerio omnino seiuncta et soli naturali actui innitit. l quæstio 115 ibi possessio g.º vsus. de verborū sig.nd. a qua nō ē longe Oravius lib. 2 epistolarū epistola 2

Quidam si credis consultis mancipat vsus et Cuias galus qui possessionē definit vsum. Quod si in possessione considerans personarū possidentiū, et materiæ id est possidendarū rerū capacitatem et aprobationē item et effectus eidem possessioni tributos plane fatebimus plurimum possessionem a Jure mutuari. ut ait Papinianus in d l possessio 49

N.º 27 Hæc licet aclenus secuta fuerit opinio mihi non placet, qui ex Juribus et argutis pro prima opinione adductis, Item ex vera nostra definitione contendo possessionem esse detentionem, seu rem facti in insistendo et detinendo, aut certe in potestate naturali tenendi positā. Quam sententiam veniremus ostendemus contrarijs diluti argutis

Ergo non obstat primum ab autoritate deductum ex Juris
ciuilis testimoniis in quibus possessio non solum Juris esse
dicitur verum et Jus apellatur. et primo lex in d l possessio 49
in principio et in §o. primo ait Papinianus quia possessio
non tantum corporis sed et Juris est. Recte meo Judicio ait
Juris esse longe enim aliud possessionem esse Juris aliud
esse Jus. nam cum in eodem loco etiam dicat possessionem esse
corporis et tamen nemo dicet possessionem esse corpus sine
enim detentio e tantum facti sine etiam Jus certe ta
men corpus dici non potest, cum tangi no possit. sic et cum
dicitur possessionem esse Juris, colligi ex eo non potest possessionem
esse Jus. Sed ad uicit locum hunc argutum deliriemus intel
ligere restat quid est possessionem esse corporis et eandem
esse Juris, utrumque id et res ipsa et idem Papinianus ibi in
principio aperiunt nam cum dicimus possessionem esse
corporis intelligimus possessionem a corpore accipere ut sit no
solum cum adquirit ut existimabat Comunis relata s. no 29
sed et postquam quesita e. adquirit enim maxime cor
pore, et tandiu retinet quandiu corporalem possessionem
repetere possumus. vt nostra docet difinitio et d lex 3 in
principio et d §o. nerua d l 6 §o. fin. et l 7 Scelto. Cum
vero dicimus possessionem esse Juris id sic intelligimus, q
uia a Jure quoque multum possessio accipit et ut Papi
nianus ibi ait plurimum ex Jure possessio mutuat
idest ut quamuis Jus no sit, indeque nec res incorporalis in
Jure consistens: tamen quo ad adquisitionem retentionem
et translationem eius existimet quasi eodem Jure quo
ceteras habet. id cum natura ipsa possessio a se non habeat
quia

quasi mera detentio est et res omnino in facto consistens aliunde assumit et a jure mutuat ut ait Papinianus. Mutuari enim per translationem pro aliunde sumere usurpat Sicero de natura deorum mutuemur hoc quo graece verbum dicat quae tam graece latine graecaq. et de fato orator ab academicis subtilitatem ingenij mutuat junctae alia eiusdem Siceronis autoritate 3.° de oratore translationes quasi mutuationes sunt cum quod non habeas aliunde sumas. eleganter igit Papinianus expressit quod juris in possessione est mutuatum non ei insitum esse. Id quae propter publicam utilitatem et possessionis frequens usum. Constat enim in primis per eos nobis posse adquiri per quos res caetera 3.° item adquirimus §. hac l. Lego quod scriptus 24 §. Hoc tl.° sane si possessio nihil Juris haberet sed tantum facti esset, per servum nobis adquiri non posset nam facta in personam servi collata eius personam non egrediunt. 3.° sed cum facti ubi dixi inst.° de stipulatione servorum. Item et illud in quibus res caeterae adquiri non possunt eis necessario adquirat ut servis. quod §. a Jure mutuat namque si facti omnino esset in eorum persona necesse consisteret quemadmodum et caetera facta consistunt modo diximus. Sic quae intelliges Papinianum in d. l. possessio 49 in principio §. hoc t.° Plane quo ad retentionem, si cum corpore asumdo diceremus non intelligeret res aliqua manere quam animo retinemus, videlicet naturalis illa facultas pro voluntate rei insistendi, quae quamvis animo retineat factum tamen non est, animo retineri possessio

tro non posset quam hac ratione et cor poris et Juris ratio nem habere rectrait lex nemo 9 C hoc tit. Denique quod translationem nullius posessionem a Jure mutuare reperies si memineris eum cui res tradita est si memineris hui vero in eam jussesit qui posesione autoris ad usucapiendum uti posse l de auctionibus 14 ff de diversis et temporalibus prescrip §. ditina 9 et §. inter vendiorem 10 ubi late scripsimus inslo de usucapi. quod sane nulla ratione recipi posset nisi intelligeret priorem posessionem manere, et quidem ita ut posset in aliu transferi, similiter ut res ipsa. Sane si A retinus (ante 5 n.o 26 meminimus) sic Juris et facti concursu in posesione explicaret me non in ictum in sua tradet et sententiam. Sed nostram prosequamur.

Deinde et in maxime moveat Bart et qui eum secuti illis locis quibus posessio non solum Juris sed Jus dicit (quos ad diximus s. n.o 23) parum tamen nobis obstant quoniam etsi ille qui injuste posidet posesor etiam sit ac ille qui Justus posesor est licet diversis respectibus ut au plo inferius ostendemus. Agnosco in eo qui Juste posidet duo inesse posesionem et Jus posesionis: id est Jus et potestatem tenende posesionis. ideo enim dicimus eu habere Jus, quia hanc potestatem a Jure constitutam habet. Quod Jus in Justo posesore adeo est cum posesione coniunctum, ut ex posesione intelligatur Jus posesionis et ex Jure posesionis intelligat posesio. Quo sensu in illis locis dicit Jus posesionis non ademptum, posesionis Jus in ademptum ut intelligat posesionem non ademptam posesionem in concussa. Non tamen inde efficit idem esse posesionem et Jus posesionis N.o 28

nis nam si id verum esset, sequeretur, eum qui vere possidet, obtinere et Jus possessionis, quod sane falsum est constatque ex omni qui injusta ex causa et mala fide possidet. Exemplis doctrina fit clarior ecce uxor rem a marito donatam possidens, vere possidet, hac nostra L 1 §° si vir uxori et L 1 in fine ff pro donato L 1 §° deijcit ff unde vi nec quia possidet injuste, eo minus vere possidet L 3 §° ex contrario §° generaliter. hic tamen Jus possessionis nullum habet cum Jure civili non possideat L si eum qui 26 ff de donationib; inter.

N° 29 Illud tamen advertendum est quod et per probe meminisse Juvavit, in eo qui juste possidet etsi eodem tempore horum utrumque sit et possessio et Jus possessionis duo tamen esse ut nominibus ita re et causa inter se maxime disjuncta. Nam quod possidet bonae fidei possessor ex eo est quod affectu domini rem tenet, possessurus similiter etsi bona fide id non faceret Juxta nostram diffinitionem et notata ad eam n°. 12. Quod autem habet Jus possessionis est ex eo quod possidet juste id est justa ex causa et bona fide non habiturus id Jus nisi isto modo possideret

N° 30 Ex quibus paulatim fuit elegantissimus intellectus d. legis nemo 10 C hoc tit°. ibi super Jure possessionis vacillet ac dubitet. Ait enim imperator constantinus interpellatione et controversia progressa, non posse intelligi eum possessorem qui licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione et causa in judicium deducta super Jure possessionis vacillet ac dubitet. Quoniam possessor cum quo de proprietate

Ju

Judicio agit no ideo dubitat de posessione sua: quia
adhuc sit se possidere, adque se adversarium actorem constitu-
ens hoc animo est ut nollet pro sua tenere, quod ei sufficit
ut possideat ut nostra habet dessinitio. Incipit tamen du-
bitare de Jure posessionis. id est de eo an Jure possideat
qua dubitatione etiam malefidei possessor esse incipit L. sed et
si 25 §. si ante litem ff de petitione hered. quo pertinet
que accurate et ultra alios nos scripsimus in § . si quis
a non domino ex n.° 9 inst. de rerum divisione. Quod
si mihi obijcias illa verba d l nemo ibi interpelatione
et controuertia progresa non posse eum intelligi possessorem
quibus verbis probari videtur per superuenientem malam
fidem non solum de Jure posessionis possessorem vacillare, sed
etiam posessorem non intelligi: respondebo ad efectum Juris red-
ucti debere: quoniam Juris efectu pro possessore non habebit
possesor, qui de proprietate rei possessae victus fuerit nihil enim
ei proderit posessio L. post aceptum 18 ff de rei vindicatione
L more 26 C eodem L nec bona 10 C de prescriptione longi
temporis quamvis si rem ipsam ex pacto nunc possideat nihilomi-
nus et post litem contestatam his cum quo Judicio agit d L. si post
et L. 2 § . fin ff pro emtore etc.

Non obstat aliud arguemtum quod pro illa sententia ex ver-
bi etimologia s. n.° 23. aduenimus. Quoniam longe aliud est posse-
sidere in re aliqua ut in posesione acsistimus: aliud Jus pos-
sedendi in re aliqua habere. Hoc enim posse sedere in, haec specie
ad naturalem potestatem referendum est, quo possit quis natura
et facto ipso cum velit rei insistere non ad Jus. nam quae (ut
sepius pr. s. diximus) his intelligit possidere qui ita rem n.° 31

ten-

tenere cepit ut posset quoties vellet naturalem id est corporalem possessionem eius rei recipere d. l. 3. §. Neratius: non autem ille qui superiore facultate rei recipiendi facto tenus ablata eius ipsam retineret l. 6. §. fin. cum l. sequenti l. si id quod 25 §. fin. ff. d. tit.

N.º 32 Non obstat deinde argumentum quartum quoniam etsi verissime eam possessionem quae animo retinetur aliquid a iure mutuari ut ostendimus d. n.º 27 constanter tamen asseverandum est eam detentionem esse et quidem corporalem illam quae prius habebat cum primum possessor fundum ingressus est et cum esset in fundo. Pro qua sententia efficacissimum argumentum praestant illa eadem iura quibus dicitur possessionem animo retineri. Non enim retinetur aliud nisi id quod prius fuit. Haec cum corporalis esset et in detentione et facto posita esset inde colligitur nihil nisi corporalem illam detentionem quae prius fuerat animo retineri. Quod si mihi obiicias absurdum esse eum dici corpore tenere qui corpore exiit a fundo: fateor sane natura non tenere sed tenere iuris interpretatione: quare recte diximus d. n.º 27 hanc possessionem plurimum a iure mutuari, et a iure rationem habere dixit imperator in d. l. nemo 10 quod neque novum neque insolens in iure nostro est, ut iuris interpretatione et naturalis et corporalis possessio acquiratur et retineatur sine facto possessoris. Ut utiliter colliges ex l. 45 tauri l. 8 tit. 7 lib. 5 novae recopilationis quo in loco quemadmodum lex possessionem in successorem maioratus sine facto aprehensionis transfert, et voluntati instituentis sufficientem iudicat pro actu aprehensionis, possidet quae vere exinde maioratus successor ut hac ibidem observant nostrates et Molina lib. 3 de primogeniis cap.

10

10 et eodem §. 13. Sic etiam possessio quae animo retinetur est eadem illa detentio quae antea fuit Iure quae constitit quia Ius eum qui animo vellet retinere possessionem perinde habet quasi iure possideret id est tenerent corpore et rei insisterent et hoc Iure ex publica utilitate ut tamen d. n.° 11 insinuavimus Item quia eam habere quisque possessionem credit ex in corpore exijt a fundo aut rem deposuit e manibus quam posset naturaliter cum vellet recipere ex dicto §. Nerva et allegatis n.° 31 ad finem. Plane illud antea quam huic habeamus meminisse iuvabit hanc possessionis retentionem non solum ei tribui qui Iuste possessionem nactus est verum etiam iniusto possessori: Nam etiam praedo qui possidendi Ius nullum habet possessionem animo retinet unde illud ut spoliatus ante omnia restituatur ex Iuris dictorio quod nullus excernat minoque quoque de recuperanda possessione remedio primo ex n.° 171 ergo cum in eo dici nihil possit nisi possessionem naturalem et corporalem quae prius ei fuerat animo retineri consequens est hanc possessionem esse non Ius possessionis de quo diximus n.° 208 sed eadem illam quae antea fuerat + teneret

N.° 33 Denique non obstat ultimum argumentum nam etsi verum sit servos eorum quae facti sunt capaces esse ut n.° 29. ad finem probavimus et in d. §. sed et facti n.° 8 instituta de stipulatione servorum id tamen verum est si ea sint facta quae nullum omnino Ius ad mixtum habeant stipulatio ista 38 §. Si qui vereiculo [illegible] midi[illegible] §. habere ff de verborum oblig. nam cum in d. §. Si qui dictum esset servum sibi habere licere posse stipulari eam quae stipulationem in eius persona consistere adversus Julianum notasset Ulpianus inde vera

eiulo

culo reducit quia habere dupliciter accipit ubi explicat in d. 5° §. habere illud verbum pro rerum et personarum conditione in quas dominium non cadit accipiendum e. Ad quem ea stipulatione inter eo et filio familias videt actum esse de possessione retinenda aut non auferenda utrumque habeat stipulatio ex regula l. quotiens 80 ff. de verborum l. quotiens 12 ff. de rebus dubiis quo eodem sensu ea verba accipit Papinianus in d. l. possessione 49 §. 1 §. eodem itaque servus possidere non potest, rei insistere et eam tenere potest. Quod et ab his predicat qui alieno nomine rem tenent quos abusive possidere dicimus uti semel audivimus et notavimus s. n°. 62. Ex quib; Bartoli opinio n°. 65 proposita quae sit verissima jam constat possessionem quae sit detentionem esse seu rem facti insistendo aut detinendo, aut certe in facultate naturali quae potestate rem pro ut suam tenendi posita jam pergamus

Possessio An una an duplex sit articulus.

Est huius articuli inter alios de possessionis tractatione ut difficilior disputatio et utilior resolutio, sic et quae prolixius controvertit nos et instituti nostri ratione et temporis angustiis oppressi bella contrahimus quod in re adeo lubrica tenendum sit pro jure certo statuentes non disputantes. Videbitis interim de articuli arguto agentes preter antiquiores in presenti et in l. 3. §°. ex contrario §°. genera §. Doct. in l. nemo 10 C. eodem titulum nostrum verbo ait Bartolum ex n°. 7 Jassonem 55 Rripa 28 Marianum 290 Bolocnetum 204 Corrasium in rubrica s. eodem n°. 9 et in §°.

§o. nihil comune in preludijs n.o 6 Alciatus in eius
n.o 37 Duarenu in articulo nime videndum et lib. 1 dis
putationu cap. 8 Vuesembeguiu in parafrasi Juris
tit. n.o 3. Petru gregoriu libro 1 sintagmatu cap. 13 n.o 15
Conanum libro 3 comentariorum cap. 10 Valoniu lib.
2 declarationu Juris cap. 32 cum sequentibus maxime
cap. 33 Ugonem Donelu lib. 5 comentariorum cap. 1
ex Hispanis Couar. in regula possessor 2.a p. in initio
n.o 4 Menchaca de successione creatione §o 21 n.o 108
Antoniu Gomes in l. 45 tauri n.o 19 Parladoriu lib. 1
reru quotidianaru cap. 9 eundem in sua quinturia diff
erentia 26 Gregoriu Lopez madera lib. singularium
aduertionu cap. 27 Cuiaciu libro 9 obseruationu cap. 32
et 33

Igit. quamuis in ea re non satis sibi consentiant auto
res dicendum ex his quae supra Sauius docuimus item
et ex tx. in d. §o ex contrario et in d. §o genera possessionu
unam esse eam quae facti non Juris, posita in tenen
do, insistendo re rei prout sue, aut saltim in tenendi
insistendi ve naturali facultate. Unde decendit quod
similiter pro Jure certo docent Proculeiani I.C. vne
vi eiusdem quae rei possessionem penes duos esse no posse
d. §o ex contrario l. duo 19 ff de precario l. si ut certo § §o
si duobus ff comodati quod recte Duarenus in d. §o ex
contrario Donelus Conanus et Cuiacius Jam relati ex
ponunt dicemus quae nos in d. §o ex contrario. Huius sen
tentiae ratio illa reddit a Julio Paulo ibi in articulo quo
niam in suma quod etsi sit uerissimu possessionis duos esse.
specius

N.o 35

species aut enim justa ē aut injusta, et utraque pariter possessio sit, quia utrique convenit deffinitio a nobis supra proposita, licet juris scriptoribus species sint dejstinctiones cum illam jus civile agnoscat non sine fructu, sane quamvis sit. unum tamen est possidendi genus id est una ē tantum possessio, quae natura duos eiusdem rei possessores admittere non potest in summa quod possessionis id est in genere possessionis sive quo ad possidendi rem ipsam attinet non multum interest juste quis, an injuste possideat non enim minus vere possidet qui juste possidet quam qui injuste possidet L i § si vir ff de acq. L i § deijcit de vi et vi armata eadem species possessionis divisione alijs verbis concepta ē nam in d. § genera inquit Paulus dividi posse possessionis genus in duas species ut possideat aut bona fide aut non bona fide nam qui bona fide possidet juste possidet nec quisquam juste nisi qui bona fide, et qui possidet mala fide possidet injuste nec quisquam injuste nisi qui mala fide.

Nº 36 In idem decidit et altera illa divisio a I.C.tis in L i § i ff pro herede et in d. § deijcit proposita ut quaedam sit civilis possessio alia naturalis seu ut civiliter possideat aut naturaliter seu corporaliter et multis aliquique juris civilis locis pro ut rei explicatione a I.C.tis stat in publica nam quamvis ac tenus crediderint interpretes civilem eam esse possessionem quae solo animo retinet naturalem quae tenet corpore inter quos Alciatus Duarenus et Cuiacius jam citati neque ego negem equidem illa dici posse nec repugnante verborum significatione nec usu juris cum possessio naturalis possim dicat corpora

Lij

71

lis in Sac l. 1 in principio ebin sp ctrie tx in l. 3. in pr
incipio §. Neranius §. nerua l. cum heredes 22 in
principio tx in l. quod seruus 29 §. hoc ttº. et alibi
passim ciuilis vº. et sine pre deserte in libris nostris
legat pro ea quæ animo retinet cu tamen hec uere
consistat tx in l. nemo C hoc ttº. et diximus s. nº. 27
et sequentibus ita recte dici possit consequens ut arguto
ebiu quæ de obligatione cognatione ocurrunt quæ
nulla alia ex causa quam quod ex iure et legib
us sunt

Tamen e magis ex bene fundata iuris n.º 37
prudentia naturalem corporalem quæ possessionem
iniustam esse ciuilem iustam iuxta has voces
accipiendas cum oponit inter se possessio ciuilis et natu
ralis possessio atque vtroque verbo veram posse
ssionem intelligi ex §. dictis verum quia et qui iuste
posidet naturaliter etiam posidet cum non ali
ter possessio possit quam corpore et animo adquiri
diximus saepius s. nº. 11 quia verbum naturalis
possessio consultis et autoribus ambiguum e moriendi iurum
is tribus modis accipi posse atque vtroque verbo ve
ram possessionem intelligi ex §. dictis verum quia et
qui iuste posidet naturaliter etiam possidet cum no
aliter possessio possit quam corpore et animo adqui
ri diximus saepius s. nº. 11 quia verbum natu
ralis possessio consultis et auctoribus ambiguum est mo
riendi iurus tribus modis accipi posse a doctore
Antonio Pichardo Vinuesa salmanticæ hoc anno 1605

(Vno

Uno modo ut sit ea cui corpore insistimus vera tamē et justa possessio, sic dicta ut distinguatur ab ea quæ constat animo tantū l. xiii pupillo ibi in d l 3 in principio d §o Neratius d §o Nerva cum aliis proxime adductis. Nec tamen in possessore justo diversā speciem naturalem possessionē constituere a possessione civili (sic appellari non male diximus quæ animo retinetur) id enim esset absurdum. Quoniā in possessore justo possessio quæ tenetur corpore et ea quæ animo non sunt possessiones diversæ sed una et eadem possessio. Probatur evidenter nam qui corpore ē in fundo et naturaliter possidet, si is postea fundo exeat nō nancisitur novā possessionem: sed tamen ipsam quā prius habebat animo retinet. Unde et prior retinetur. dicitur non novas adquiri quæ si adquireret omitteret priorē quia proinde non procederet usucapio quæ possessionis continuationem exigit l 3 j. tto. 1

Nec contrariū probat d lex nemo dum dicit possessionis duplicem esse rationē aliam quæ jure constat aliam quæ corpore: quoniā possessionis ratio ibi non significat speciem sed modum possidendi ut ē bonorū autorum usus. Et sensus Legis, possessionis duplicem esse modū aliū qui jure id est animo consistit aliū qui naturā id ē corpore. Quod si maxime quis vellit duplices esse has possessionis species, cum corpore tenet, et cū animo (quas ego non admitto) atamē ambæ sunt eiusdem possessoris qui cum prius esset in fundo naturaliter et corporaliter possedit, deinde egressus animo retinet possessionem. Altero modo sumitur naturalis possessio ut sit quidem vera possessio sed injusta qualis est uxoris in re a marito donata d §o si vir uxori j. hac Lege d l 1 §o de

deijcit ff de vi et vi armata sic dicta non quia bene at solum corpore, animo autem nequaquam sed quia sine corpore tenent et animo sive animo solo, corporis tantam detentionem defendit non Jure et civili l si eum 26 ff de donationibus inter virum et uxorem opponit in d. l. deijcit. Ultimo modo ut intellegat voce naturalis posesionis non vera posesio, sed quae abusive sic dicitur, id est detentio eorum qui rem pro aliena tenent ex justa causa ut ostendimus t. nº. 12 sic quae accipit in d l. 2 §. 1 ff pro herede. Igitur naturalis posesionis ambiguitas ex posesorum partitione de quibus agit aperienda est. Nam in vero et justo posesore prima significatio valet in eo qui injuste posidet altera. 3ª. in his qui non posident. Una est q. posesio, duplex enim spetius: aut bona fide aut non bona fide. id est aut justa aut injusta sive civilis aut naturalis. Nam coloni et eorum qui non pro sed alieno nomine rem tenent vera non est posesio de qua nos loquimur sed abusiva ut Theophilo et alijs bonis placet auctoribus ex quo hoc nostro posesionum laconismo innumerabiles interpretum communes errores quos nec insinuare saltim per tempus nunc nobis licet

Quis posesionis finis et efectus sit ar
ticulus Quartus

Posterioris articuli quem t. nº. primo proposuimus iam denique restat enarratio. Quis videlicet posesionis finis sit quis enim efectus sed cum plures sint et quibus remedijs exponendis quae longissimo comentario esset opus, insinuasse eos erit satis. Precipuus est ut rebus posesis utamur fruamur Nº 12

Quo

Quo in vtu alij plures effectus et vtilitates positi sunt. Nam bone fidei possesor fructus lucrat. l. bone fidei qd in principio ff. tt. l. qui scit 25 §.º bone fidei ff de vsuris l. certum 22 C de rei vindicatione l. 39 tt.º 28 p.ª 3. cu. alijs a iurate a nobis congestis in §.º si quis a non domino ex n.º 2 ad n.um 15 inst.ª de rerum diuisione. Est preterea possesor quasi dominus d. l. bone fidei qd in principio l. bona 178 ff de regulis Juris habet que pro domino tandiu quandiu liquido non demonstrat tx in l. fin. C de rei vindicatione. Vnde non leuior vtilitas, vt videlicet probationis onere releuet l. 2 C de probationibus §.º contendum inst.º de interdictis presumit enim esse dominus adque ex tt.º contrahuge iusto posidere l. sicuti 1 §.º sed et si ff si seruitus vindicet l. 2 ff familie erciscunde iunctis a doctoribus traditis in l. 2 C de probationibus Bartolo in l. penult.ª n.º 3 et q. ff de conditionibus inst. Lanfranco in cap.º quoniam contra falsam verbo testium n.º 96 de probationibus vt multis cumulatis resoluit Josephus Mascardo de probationib. volumine 1 conclusione 539 maxime n.º 8. Deinde possidendo rerum etiam dominium tempore nanciscimur l. 3 ff de vsucapionibus vnde non immerito Paulus J.C.tus in presenti ait ex possesionibus rerum dominia cepisse quam vis aliter ea verba interpretati simus §. in rubrica huius tt. n.º 3. Verum si omnes fructus ex iusta possesione sunt, vt constat, sane ille vtrique et iuste et iniuste possesioni comunis e ut possit quis propria autoritate eis qui impedimento sunt resistere l. quemadmodum 29 §.º 1 ff ad l. aquil. licam notat post accursium Bart. in l. 1 n.º 3. ff de interdictis junctas l. 1

§º. vi possidere 17 versiculo sed qui vi et §º. qui a me vi
ffde vi et vi armata et his que notat Auctus verbo ha
bet Jacobus Menoquius de recuperanda poss. remedio 1. nº. 11

Ad T.T. in §º. iº. Huius Legis primę A Dº. Ricardo

In tx ibi dominium que rerum ex naturali pose
tione sę cępisse Nerua filius ait

Docet his verbis Julius Paulus dominij initium ex po
sessione esse q.º cum de ea satis ad principium huius legis dix
erimus dicendum que sequentibus capitibus ut et summa Ju
ris civilis de adquirendo dominio ut eo que comutationes
et contractus pertineant hue, que et testatarie et Legitime
successiones spectent nulla que alia ex causa institutae
obligationes ff actiones et Juditia nisi ut sumie enim quidē
§º. sit itaque insta. de actionibus et capº. 1 Generosi sibi gre
gis suę quod in hoc nostro proposito animadvertit Va
conius Lib. 2 capº. 43 nº. 9 cuique tribuat que ē precipua hujus
libri pars ut ex Dno Agustino et Sicerone notavimus
rio principio nº. 9 insta de Justitia et Jure hac nobis de
dominij origine deffinitione et divisione disserendi oca
sione oblata oportunum et utile mihi jserit de eo xune
videre — Nº 1

Igitur utrē a primordiis repetamus sciendum ē ex
titisse philosophorum non paucos qui rerum omnium — Nº 2
comunionem magis quam pecuniarem earū posetio
nem privatē que dominium habere constitutam re

publica esse voluerunt inter quos Plat Lato non tantu verũ sed et liberorũ vetorũ quæ comunitatem induxerit Licurgus apud suos Lacedemonios equalitatem possessionũ Licurgus instituebat apud eosdem Grecos Anaxagoras

Periclides omnibus agrum compascuum esse voluit et Periclides eius discipulus et ad fructus percipiendos omnibus egentibus liber patet habitus ex suis prędijs macerias substulit liberali quę hac et voluntariam verũ aliequi privatarũ communicationem in Laconica [illegible] legimus eũdẽ Licurgũ instituisse ea Ciceroni hui offitijs non placuit neque ę ignotũ quid incomodi secũ trahat, Romani vt eam damnarunt ita certum possessionibus pre modum prescribere non raro voluerunt ut constat ex legibus agrarijs Cai Licinij et aliorũ plebiscitũ verũ nihil in hac re potuerunt obtinere primo favet Jus civile acquirẽdo patrimonij quod laboribus et multis casibus quęri agnoscit l. si defunctus C arbitriũ tutelę nec temere solet vllam admittere suspitionem turpis questus sed vbi dubiũ est possessis conijcit legitimus rationibus partas esse facultates. Quintus Mucius §2 ff de donationibus inter quamquã non possint esse suspecti qui sibi dicserunt est quæ notũ quid olim Sille fuerit exprobratum [illegible] quo modo vir bonus esse potest qui tot possideas prędia cum tibi a patre pauca sint relicta

3. Necessariam quoque et Justam esse verũ et dominiorũ divisionem in hac vita civili omnes fere et prudentes agnoscunt et sane recte vt Lactantius Libro 3. adversus Platonicas politicas dixerit quoniã cũ duo homi

nes

nes primū a Deo conditi essent et dui multo post pauci
fuissent tantum fuit vacui in hoc orbe ut in rebus
conditis tanta utilium et bonorū rerū utique affluentia
ut singuli homines de comuni sumere possent quantum
vellent sine alterius iniuria aut offensione. At post
quā terra multitudine hominū frequentari cepit recta
ratio usu experientia que confirmata docuit aut diu
stare non posse genus humanū aut in his quæ colleret
suū hunc constituendum quod quisque privatim sibi coler
et quo quo alij sine voluntate domini pervenire non
liceret quibus in rebus initio natura nobis domini
um non dedit sed usū tantū aut usus nostri causa posse
tionem itaque quod sibi quisque cælo terra mari quæ
cæperat suū faciebat eatenus ut eo uti posset non eius
dominiū nanciceret sed possetionem quamdiu enim illud
servabat ad usū suū tandiu alijs ius non fuit auferen
di aut utendi pari que ratione quod agri quisque ce
perat aut habitandum aut arandum eo tantisper dū
possidebat anemine potuit deturbari ne possetionem al
terius quæ primo quoque occupanti natura dederat
interverteret quod sine iniuria facere non poterat
fuit g.º in primis ijsi naturalibus propria cuique
possetio dominiū non fuit

Verum quia prima illa quo ad dominia N.º
comunionem manente alter utrū futurū erat aut ut
terra propter quorūdam decidiam et usurpationem ab alijs
quoque negligeret et neque liceret inculta iaceret quod
bene notatū e in l. 2 §.º 1 C quando et quibus quarta
pars

pars debeat lib. 10 aut ut quibus domi colentibus et la
borantibus alijs qui nihil egissent in partem como
dorum venirent et alienis laboribus sine ullo suo quo
fruerent quod sane ferendum non fuit l. quod si minor
is §. Scevola ff de minoribus exercitum hoc quoque
ut qui ex parte collussent qui essent cupidi et potentes
facile maiorem partem adsciscerent imbecillio
res egerent et opprimerent sive autem in rebus comunibus
cultura vnis negleta esset sive alij quod ab alijs cultum
esset pretextu comunionis invaderent ex vtraque re
pariter humane societatis interitum sequi oportuit illinc
enim inopia rerum ad vitam necessariarum hinc dissidio
et turbe ex his bella et sedes unde generis humani interit
us. ergo post illam hominum frequentiam fuit hoc primum
recte rationis et iudicij opus et lex inter homines ut esset
aliquid suum cuiusque quod suo labore quisque colleret
hac procuraret ita careret sibi neque in id posset quisquam
invadere sine iniuria

N° 5 Hinc primum dominio, hinc rerum et dominio
rum distinctio. quam comertia secuta sunt et necessa
rie ad vitam collendam rerum offitiorum que comutationes
Nam cum dominijs distinctis fieret alius habere quo ego
indigerem, eo autem frui invito domino non possem: et vi
cissim haberem ipse quo ille careret necesse fuit si ad
sublevandam indigentiam et vitam comode colleradam
alij aliorum opera uti vellemus inducere eos comutationes
quas comertia et contractus apellamus expressit que I.C.tus
in l. ex hoc iure 5 ff de Justitia et Jure Vlpianus in

§ Iuris gentium 7 in principio ff. de pactis de quibus ego late in institutionibus Iustiniani ex tt.º quibus mod. res contrahit. ad finem usque lib. 3.i Ex his obligationes excep tis quibusdam que a Iure ciuili instituta sunt

Ad hec et reliquam vite tuenda seruus hominum colecti ediffitia collata id est vici opida urbes consti tute sunt enim congregati inter se homines et ualidiores fu turi et erant ad vim adque iniuriam ostilem propulsandam et facilius inter se tum consunctionis natura consti tute. tum vite mania alij cum alijs obirent Ad urbes tuendas regna condita inde leuerunt enim homines plus esse presidij et commoditates ad res bene gerendas in unius sapientis et Regis imperio quam in imperio aut totius populi aut plurium: quia vir bel per se vel sapientum concilijs ad Iutus facile ac statim consuleret posset in comune et que recte decreuisset sta tim exequi. Ciuitatibus et Regnis conditis bella in trodutia nempe ad illa ipsa tuenda cum bellis uta mur aut ad propulsandos ostes aut res ab ostibus Iuste repetendos. Bellis ad Iunctum Ius belli sine quo et ostium vis esset inulta et uictoria victoribus inutilis esset. Ius autem belli hoc e utque ab ostibus capiunt capientium fiant ut in hoc nostro l x adeo ut Liberi quoque homines veniant in potestatem capientium l 5 6.º ult.º l adeo. 7 in principio ∫. tt.º l que potestas in captiuo seruitus est Sine g.º captiuitates et seruitutes secute quas benefitium manumitionis peditum fuit. Vides g.º ex his quare rerum distincta dominia fuerint seperint que primum ex na

tu

rali illa posetione et occupatione cuius rei etadue vs
tigiu manere in nostris §° exemplis postea audiemus

N° 7 2° principaliter ex his verbis nostri tx dominiu quoque rerum a naturali posetione incepisse frequenter deduxerunt interpretes dominium sine posetione adquiri non posse in quam sententiam sane sane legum interpretes comendant. Verum antequam id quod ex ea deduxerunt verum sit nec ne audiamus quid sit dominium scire oportet quod Bart.us in l si quis vi 17 §° differentia n.° 4 ita definit dominium e' Jus de re corporali perfecte disponendi nisi lex vel conventio resistat quae diffinitio comprobat in l generaliter 29 §° sub conditione ff qui et aquibus l qua ratione 9 §° sed quoque rus ff de adquirendo rerum dominio l si ita stipulatus fuero 126 §° Titius in fine ff de verborum l 1 Juncta aut §°. ingressi C de sacrosantis ecclesijs l in re mandata 21 C mandati l fin. Ubi autem C de Jure dominij impetrando l 1 tt.° 28 p.° 3 exornat quae a pluribus quos plena manu con fecit in rubrica n.° 2 instit.o de rerum divisione

N° 8 Illud duplex esse constituit comunis verum directum hoc e' verum et proprium principale et superius l si finita 15 §° si de vectigalibus ff de damno infecto Alterum vtile quod a vero dominio separatur vtilitatem et comoditatem omnem ad se tradit quam distinctionem comprovabis exemplo emphiteute penes quem dominium vtile esse directo Justa antiquum dominum manent fatent omnes et probare videt tx in

l 1

l. 1 §. qui in perpetuum ff si ager vectigalis l. si domus 74 §. fin. in fine ff de legatis 1.° l. possessores 11 ibi cum fundorum sint domini C de fundis patrimonialibus lib. 11 l. si qui ex titulo 5 ibi quod a puteos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat C de diversis prediis lib. 11 l. fundi patrimoniales 4 ibi quam tradimus jure dominij C. de fundis patrimonialibus lib. 11 l. 1 C de fundis rei privatae eodem libro lege fin. C. de collatione prediorum civilium lib. 11 cui simile e quod feudatarius det cap. 1 §. rei autem lib. 2 feudorum tit.° 8 de investitura in re aliena facta eo quod superficiarium habere, probat tx in l. superficiario 74 ff de rei vindicatione docet ubique Bartolus maxime in d §. differentia n.° 5 et in l. naturaliter §. nihil comune n.° 14 J. Alvarus Vaes et Sarmiento a nobis relati in §. adeo n.° 32 de locatione et conductione

Contraria tamen sententia longe verior est non duplex sed simplex tantum illudque directum dominium esse nullum que utile cum nullibi in Jure nostro eius mentio fiat ut contra comunem docent Ultramontani a Castrensi relati in l. ex hoc Jure n.° 9 de Justitia et Jure quos sequuntur Mainus Cortasius Duarenus Balosius et Parladorius quorum meminimus in d §. adeo n.° 33. 2.° quia Verum dominium e genus comprehendens sub se Justa comunem utile et directum genus autem comprehendit sub se omnes suas speties l. si quis earum 49 §. interemtum ff de legatis 3.° sed in l. 1 §. qui in perpetuum negat J.C.tus emphiteutas dominos esse ergo negat esse directos et utiles N.° 9

Ne

N.º 10 Neque priorem opinionem probant argumenta pro ea adducta l non primum ex d §º qui in perpetuum iuncta communi expositione nam non est perpetua illa regula dat actio in rem q.º cui dat dominium nam et creditori et usufructuario et ei qui locum publicum conductum habet dat et tamen hi domini non sunt l nec pignus 45 ff de regulis iuris l recte dicimus 25 ff de verborum sign. l 1 §º qui servum ff ad S.C.tum Silanianum l non solet ff locati et in rem actionem habet l pignus 9 C de pignoratit. l si qui 16 ff de servitu. l 1 §º item Iuliano ff de remissionib; §º quae si agat de actionib; iuncta l 2 ff si servitus vindicet l 1 iuncta glosa verbo conduxerit ff de loco publico nec offendimur regula l in rem 24 ff de rei vindic. quia ea procedit in rei vindicatione directa quae non nisi domino dat at rei vindicatio quae dat emphiteutae credi torib; et alijs dominium non habentib; non est directa sed utilis ut recte interpretat Scurtius in d §º qui in perpe tuum quae quia defficientibus directorum aut legum verbis solum aequitate suadente dat l 2 §º item varus versiculo quam quam ff de aqua pluvia utilis dicit id est aequa utilis enim pro aequitate saepe in libris nostris sumit l iusto 44 §º cum qui ff de usucapionibus l peregre 43 §º quaesitum f. Bocth. Brisonius lib. 19 de verborum sign. folio 656 pagina 2 et ei dari non potest qui dominus est sed ei qui nullum dominium habet l idem Pomponius 5 §º de arbore ff de rei vindicatione iuncta l adeo 7 §º 1 versiculo plane et §º si aliena et l sed si 26 §º si arbor ff de adquirendo rerum dominio

Minus huic sententiæ obstat lex in d. l. possessores cum alijs ex illo lib. 11 Codicis Justiniani quia loquuntur de emphiteusi a Principe vel a fisco accepta quæ vicem perfectæ alienationis habet aut §.o de non alienandis aut permutandis §.o nos rgit. versiculo alienationis collatione 2 d. l. fundi q. C de fundis patrimonialibus lib. 11 l. 1 C de fundis rei privatæ eodem libro et ideo quæ qui eam acciperunt vocant domini et quidem directi licet aliquid eius nomine fisco prestet cum omnes pro hijs agris quos possident publicas agnoscant prestationes l. fin. C sine censu vel reliquis ut recte interpretat. Mainus lib. 1 de actionibus cap.o 6 Balosius de Jure emphiteutico questione 13 Pinelus in l. 1 3.o parte n.o 33 et 34 C de bonis maternis et nos in d. §.o adeo n.o 35 N.o 11

Quæ sententia licet in puncto Juris vera sit quod tamen ad praxim atinet non pluris sunt siquidem cum comoditas dominij maxima ex parte penes emphiteutam sit eum quæ uti frui et rem ad libitum distrahere videamus ex d. §.o adeo Junctis ibidem copiose a nobis scriptis recte doctrine gratia eo nomine ad inuento utilis dominus dicit quia dominij utilitatem habet sicut et reliqui quibus idem utile dominium concessum est adde proximam sententiam quam ex nouioribus deffendimus verbis magis quam in rebus consistere contra legem 2 C communia de legatis. Unde Accursius in d. §.o qui in perpetuum deffendi recte potest uti preter Valascum et Sarmientum et alios quos resensemus in d. §.o adeo n.o 38 omnibus argumentis contrarijs partis satisfaciens deffendit Felicianus de Solis in N.o 12

lib

lib. de sensibus in proemio ex n.º 11

N.º 13 Dominium igitur cuius acterius mentionem fecimus sine posessione adquiri non posse probat ex sai nostra lege romanus cui accedit Olomanus lib. singulari questionum illustrium cap.º 11. Antonius Conius lib. 1 disputationum cap.º 8 qui pro eadem sententia expendunt l. si pater 8 C de actionibus empti ubi vacue posessionis traditionem fieri ut dominium accipienti adquirat docent Cesares quasi insinuent ex posessione dominium nasci. Quo etiam pertinere videtur tx in l. 2 versiculo vacua ff illo tt.º l. Mevius 66 § fundo de legatis 2 l. cum res 12 ibi et in vacuam posessionem inductum C de probationibus et plures alii ab Olomano ibi § adducti quibus probat certam et non litigiosam vacuam et perpetuam ac non temporaliam traditionem posessionis esse oportere quoties de dominio transferendo agitur ut sic constet posessionis traditionem causare dominii adquisitionem a quibus non longe est regula legis traditionibus 20 ff de adquirendo rerum dominio l. traditionibus 20 C de pactis in quibus contractus inter partes celebratus ad dominii translationem non sufficit nisi et traditio posessionis que conventionem sequuta interfuerit.

Contrariam tamen sententiam scilicet quod dominium sine traditione adquiri posse juris et artis nostre principiis verius esse affirmant defendit Avertus in d. l. cum res verbo in vacuam C de probationibus. Pro qua in primis inducit tx in l. si fundum 16 ff de fundo dotali juncta interpretatione Juanis quam retulit Avertus ibi verbo pericula. 2.º tx in l. quisquis 28 C de Donationibus cui est

si

similis lex 9 tt.o 30 p.o 3 ubi Gregorius explicat glosa 1.a Go
mesius in l 45 tauri n.o 56 et 65 Spino de testamentis
glo 34 n.o 9 ubi rei donatae vel venditae dominium per sola
usufructus retentionem transferri dicit. 3.o tx in l 1 C
de donationibus quae sub modo ubi datum sub modo non se
cuto repeti et revocare potest tamquam causa datum causa
non secuta quem textum ut singularem comendat et extoll
unt Bart. in l 1 n.o 9 de donationibus Repo lib. 3 res
ponsorum cap. 1 Sarius lib. 2 responsorum cap. 10 Covarruvi
as lib. 1 variarum cap.o 14 n.o 4 et 6. 4.o induxit tx in l
comisoriae 4 C de pactis inter emtorem ubi qui lege comi
ssoria vendidit pacto non secuto eius rei dominium vindi
cat ad quae ita constat sine posetioni traditione in veteris
domini dominio rem esse incipere concordat tx in l 7 tt.o
10 partita 3. l 38 tt.o 5 p.a 5 l. 25 tt.o 9 p.a 6 explicat Go
mesius 2.o tomo cap.o 2 n.o 3. 5.o facit tx in l si ager. 50 ver
ciculo sed heres de rei vindicatione juncta l cum heredes
23 § hoc tt.o in l legatum ita 80 l cum pater 79 §o surdo
de legatis e l a filio 64 de furtis ex quibus constat in here
dem et legatarium rerum hereditariarum et legatarum sine
traditione dominium transferri inde quae furiosus qui
rei legatae posetionem adquirere non potest dominium ad
quirere l filius 16 §o Marcelus dt tt.is quod et probare
poteris ex tx in l si partem 19 §o 1 ff quemadmodum servi
tutes amittuntur ubi legatarius rei sibi legatae servitutem
non utendo amitit cuius dominium etiam non utendo et
sic sine posetione usus enim in incorporalibus pro tradi
tione est l quotiens 20 ff de servitutibus fuerat adeptus

quibus accedunt lex facta 63 ff ad Trebelianum ubi hereditarij rebus restitutis quamvis earum posessionem fidei comissarius non fuerit adeptus dominium tamen in ipsum transit et lex. 1 et 2 de bonorum posessionibus quae similiter probat bonorum posessione admissa rerum dominium in bonorum posessorem transire. Ulterius et pro hac sententia expendi potest tex in l quidam mulier 16 de rei vindicatione in l. clavibus 74 de contrahenda emtione et in § si quis rem ... hac l in l quarumdam 51 §. hoc tt. ex quibus posteriorem hanc sententiam veriorem esse probat idem Acurtius in d. l. si pater verbo in vacua in d. l. si fundum verbo periculi et passim alibi sequitur Bartolus in l stipulatus n.º 2 de usuris et in l Selsus n.º 12 ubi franciscus Balbus 2.ª p.e n.º 8 de usucapionibus comunem dicunt. Antinus n.º 1. Jasson n.º 8 in rubrica huius tt.

N.º 15 Etiam si admissis non obstant argutas contrariae non primum ex hac nostra l. ibi dominium quae rerum a naturali posesione cepisse hec enim verba non docent esse omnino necessariam ad dominij adquisitionem posessionis aprehensionem sed quo tempore dominia ceperunt haec dominium adquiri cepisse loquitur igitur his lex de dominij adquisitione quae eo tempore quo omnia bona erant communia contingebat quo per solam aprehensionem adquirebatur nec quae alius titulus erat necessarius justa ea quae s. n.º 1 ex sacris literis et alijs bonorum autorum testimonijs adduximus loca jeraram postquam Jure gentium dominia destincta fuere in stituti quae contractus ut lc refert in l ex hoc Jure de Justitia et Jure inducti quoque fuerunt et alij adquiri-

di

di dominij modi absque posessionis apredentione et cons
tat ex integro tt. §. de adquirendo rerum dominio et Justini
anus in §. singulorum cum sequentibus §. et tt. inst. de rerum
divisione Vlpianus in fragmentis tt. 19 de dominijs et ad
quisitionibus rerum quam veram huius tx interpretationem
suadebit facile verbum scripsisse quod satis indicat de primo illo
adquirendi dominij modo hoc tractari quod ex apredentio
ne posessionis contingebat qui licet postmodum in rebus quae
ad singulos pertinent fuerit inmutatus in his tamen quae nu
llius sunt in bonis et in quibus Jus naturale in adquisitione
versatur adhuc manet quae est sensus illorum verborum in tx ibi
eius quae rei vestigium manere in his quae mari terra et loque
capiunt nam hec protinus eorum fiunt qui primi posessionem
eorum apredenderint quarum exempla acurate nos cum Justi
niano ubi §. prosequimur et explicamus

Deinde non obstat tx in d. l. si pater cum si N. 16

milibus quibus probat vacuam rei vendite posessionem a ven
ditore emtori tradendam esse ut eius rei dominium ipsi queratur
Quoniam omissa Acurtij interpretatione ubi existimantis quod
illis in Juribus de vacua posessione scriptum est demonstra
tive prosedere quasi dicat ita defacto contigisse non autem
ita necesarium esse quam Salicetus sequitur ibi n. 5. 9 et 10 quem
frequenter his quasi in scolis sequitur explodit tamen ex d. l.
si pater ubi vacuam posessionem necesario tradi debuisse satis
probat et expresius ex d. l. cum res ibi in vacuam posessionem
inductum patrem tuum docere debet quae verba necesitatem
indicant cum preter ea eisdem probet pretium numeratum
fuisse probandum etiam esse quod de necesitate emtionis esse

nemo

nemo e qui non sciat §. pretium et §. item pretium instit. de emptione et venditione ubi late diximus. Ex quibus vacuae possessionis traditionem necessariam esse docuit idem Auctor in d. l. 2 §. 1 verbo non intelligit ff de actionibus empti receptum ex Alexandro in l. fundi venditor n°. fin. ff de actionibus empti Domenico in §. sed iste quidem n°. 30 Jassone in §. actionum instit. de actionibus. Omissa etiam Baldi interpretatione in l. id quod pauperibus questione 18 C de episcopis et clericis docentis quod si a domino fiat venditio sine traditione transfert dominium si ab eius ministro non item quem sequitur Alexander consilio 215 n°. 9 volumine 6 quod reprobat Paulus in l. 4 n°. 4 ff de pignoratitia ex §. vendite versiculo nihil interest instit. de rerum divisione dicendum est in actione ex empto vacuae possessionis traditionem precise desiderari d. l. si pater cum similibus non tamen inde sequi dominium sine possessione non adquiri. Quod vel ex eo constat quia rei alienae venditio valet quo casu nemo dixerit emptorem dominum effici posse ex vulgatis quamvis venditor teneatur vacuam possessionem tradere hoc tamen non desiderat ad dominii translationem cum et sine eo consistat emptio. Sed ut emptor si is qui vendidit dominus erat dominium adipiscatur sin minus usucapiendi conditionem l. clausibus 14 ff de contrah. emptione quam saltem, venditor si dominium non habuit in emptorem transferre tenetur. Quae cum sine vacuae possessionis traditione a qua possessio initium habet esse non possit ex his quae nos adnotavimus s. in principio huius l. 1 n°. 15 et ratione l. 3. §. ex contrario ff. hoc titulo ideo vacuam possessionem tra-

tradere necessarium nec alios ob actionem exemto liberat d l
clavibus conjuncta l ex emto 11 in principio ff de actio
nibus emti

Sed nec magis obstat tx in d l traditio et in d
l traditionibus quoniam ea jura solum probant cont
ractus per se ad dominij adquisitionem non sufficere R
ceptam tamen si eos traditio sequatur, quae fieri possit absque
translatione possessionis quam ea jura non desiderant

In textu ibi cujusque Rei Vestigium
et explicant A D. Picardo

Probat his verbis Julius Paulus quod et s. nº. 13 ini
nuavimus quae nullius in bonis sunt etiam odie proximus
eorum fieri qui primi possessionem eorum aprehenderint
Quod quoniam l in adlento sermone cum Imperatore Justi
niano in §º. ferae igitur et sequentibus institutionibus de rerum divi
sione explicuerimus quia exemplis in presenti IC.us ex
ornat paulisper insistendum est

Docet ergo ea quae terra capiunt occupatione
fieri velut feras bestias quod idem probat tx in l 1 §º. fin
cum legibus sequentibus ff tº. 1 capº. Jus naturale primo
distinctione l 17 tº. 28 pº. 3 explicant plures a nobis re
lati in d §º. ferae. Neque obstat tx in capº. qui venatoribus
86 distinctione capº 1 et 2 de clerico venatore l 51 tº. 5
l 47 tº. 6 pº. 1 et quod traditum est in l 4 tº fin. lib. 8
ordinamenti et in l 1 cum sequentibus tº. 8 lib. 7 novae recopi
lationis in quibus et clericis et laicis venatio prohibetur quo
niam et si venatio Jure naturali omnibus sit permissa

ex

Nº 17

ex nostro tx et similibus vt late tradunt Jam relati Juris
tamen ex causis recte potest per Principes superiores eclesi
asticis et secularibus personis prohiberi: illis ob morum oneste
tatem et status sui conditionem et exselentiam vt probatur
in dictis locis et in tridentino sessione 24 de reformatione
cap. 12. His v. ob publicam vtilitatem propter quam certis in
mensibus Juste potuit interdici vt observant a nobis sub
§. relati

Preterea non obstat tx in l.3 §. item feros ff. Sollo
Vbi in feris bestiis dominium et posetio conciderat, quando fere
privatim alicuius sunt proprie q°. in alieno fundo non
licebit venari aut aucupari. Quoniam loquitur his tx de feris
bestiis que alicuius in dominio sunt vt que in clausis in vi
uariis leporariis piscinis aut staenis habent quo casu seu sint
domini fundi nemo potest ibi venari aut piscari absque eius
licentia quod si contra fecerit ad restitutionem tenebit Covar
ruuias in regula pecatum 2ª. parte §. 8 n° 4

N° 18 Vnde intelliges tx in l venationem 26 ff de vsuris
vbi Papinianus agens de fructibus a male fidei posesore perseptis
negat venationem restituendam, nisi fructus fundi ex
venatione constet. Que sane exceptio necesario intelligen
da e de nemoribus quos vulgo dicimus bosques serrados
quorum venatio non comunis e sed domini nemoris et ob
id male fidei posesor eos fructus restituere tenet Justa
tx vbi late ex n°. 16 scripsimus in §. si quis a non do
mino inst°. de rerum divisione. Quod si fructus fundi
in venatione non consistant quamuis a domino quis posit
prohiberi ne ingrediat l.g l. §.1 l 5 §. fauos ff. tt°. l l diuus
16

16 ff de servitutibus rusticorum l. iniuriarum 13 §° fin. ff de iniurijs non tamen tenebitur Jure communi vendi ad restitutionem ex communi sententia quam resolvit Covarruvias ubi supra n°. 5 et si Jure nostro Hispano contraria sententia sit probata l. 17 tit. 28 p. 3 ibi non debe ser del casador sino del señor de la heredad resolvit Avendaño tractatu de venatione dubio 3 casu 2.

Deducunt deinde ex hoc textu ea quae mari capiuntur protinus capientium fieri quia Jus piscandi omnibus commune est et quidem §°. Flumina inst. de rerum divisione. Neque obstat textus in l. si quisdam ff de diversis et temp. praescrip. quoniam etsi verum sit Jus piscandi omnibus esse commune, si tamen quis pluribus annis in aliquo loco piscatus fuerit, praescriptionem id est exceptionem adquirit ut alterum eodem Jure uti prohibere possit quando ipse piscari vellet argumento l. in tantum 6 in principio ff de rerum divisione utraque enim desumpta est ex Marciano lib. 3 institutionum. Nec contrarium probat lex finalis versiculo vel si quis ff de usucapionibus quoniam Consultus ibi loquitur quando quis ex longo usu piscandi locum illum Jure gentium publicum adquirere voluit, ut indicant illa verba ad obtinenda ea loca quod sane ei non licet: secus vero esset si Jus tantum piscandi longo usu vellet nanciscì d. l. si quisquam ibi eo Jure quae interpretatio etsi ut nova a quibusdam tradatur placuit tamen Jamdiu Juani Roberto lib. 1 receptarum lectionum cap. 17 et a nobis secuta est in d. §°. flumina n°. 3 ubi plures alios qui varijs modis ea Jura accipienda putant coniicimus N° 19

Ulterius ex eisdem verbis quae mari capiuntur constat etiam N° 20

etiam ea quae in mare iactata sunt capientium fieri quod et probare videtur tex in l falsus 43 § si iactum ff de furtis ubi qui iactatas in mare res abstulit furtum non commitit: quod quidem nulla alia ratione effici potest nisi quia communes iam factae sunt. Verum id difficultatem habet ex tex in l qua ratione 9 § fin t. tit. 1 l. interdum 21 § penultimo t. hoc tit. l 2 § fin in fine l qui levandae 8 ff ad l Rodiam de iactu § fin inst. de rerum divi. l 9 tit. 10 lib 7 recopilationis quibus probatur quae levandae navis gratia in mare proijciunt dominorum permanere nec occupantibus adquiri. Quam ut dissoluant Accursius et reliqui varia commiscent. Sed nunc ego retineo interpretationem quam in d § fin inst. de rerum divisione scripsi quaestionem sane magis facti quam iuris esse quoniam tex in d § si iactum procedit quando dominus eo animo abiecit res ut eas in dominio suo esse nollet vel ubi si nulla tempestate vel periculo cogente deiecerit. Ex facto enim derelinquendi animus colligitur ideo quae huiusmodi bona occupantis fient si vero tempestate maris oppressus res quas proijciat ut periculum effugiat quia non censetur derelinquendi animo proiecisse adhuc eius manent ex d l qua ratione cum similibus

In textu ibi item Bello capta explicante A. D.º Picardo . . anno 1606

Ergo quae bello capiuntur occupatium fiunt idem in l naturalem § 5º fin l adeo 7 et in principio l transfugam 51 tit. 1 l. hostes 24 l. si quid 28 ff de captivis § item ea quae ex ostibus 16 inst. de rerum divisione late in tit. 26 p.º 2 et nominatim in l 20 tit. 28 p.ª 3 explicant a nobis relati in d § item

Contrarium tamen quae bello capiunt non capientium sed fisci fieri probat lex penultima ff ad l. Juliam peculatus l. divus 31 ff de iure fisci ff l. si captivus 20 versiculo publicatur ff de captivis l. penultima §o. similiter C de donationibus ... N° 22

Cui difficultati ut satisfacias et nostrum tex intelligas animadvertere debes eum Accursio in predicto verbo bello bellum justum esse debere ut adquisitio sequatur quod et Ancarranus scripsit in regula peccatum de regulis juris lib. 6. Et ratio ... in obscuro non habet cum jure gentium bella inducta sint lex hoc jure § ff de justitia et jure quod aequitate nitit et nemini iniuriam fieri patit l. 1 illa tt. justo §o. jus autem gentium inst. de jure naturali iniquum quod esset aliquem ex sua malitia et dolo commodum reportare l. servus § versiculo ne melioris ff quod vi aut clam. Unde solam Principis autoritatem bellum indicentis non praestare justam adquirendi causam si bellum iniustum sit probat tex. in lege item si verberatum 15 §o. 1 versiculo item si forte ff de rei vindicatione l. huius 11 ff de emitionibus. N° 23

Ex quibus vulgo notari solet non posse Principem sine justa causa rei dominium alicui auferre quod late examinat Pinelus in rubrica prima parte cap.o 2 n.o 14 C de rescindenda venditione et ego in eleganti ~~cap.~~ questione in rubrica ex n.o 63 inst.ta de hered. quae ab intestato) expressius vero tex in cap.o sicut 29 de jure jurando ubi cautum est ea quae in bello iniusto capiunt domino restituenda esse

Contrarium tamen quin immo et in bello iniusto quaesita N° 24

sita capientium fieri plures putant quibus in primis facit quod Hermogenianus scripsit in d. l. ex hoc iure ibi bella introducta non ad licita tantum sed et ad illicita referendum cum eo iure dominia distincta fuerit quibus eo iure et illicitis ocasionem datam cons tat. Quamvis enim Accursius putaverit eo in loco quem secuntur alij teste Jassone n.º 38 tunc licita bella esse cum ad defentionem fiant arguto legis ut vim ff de justitia et iure cum eodem in presenti verbo bello et offendendo licitum bellum esse dicendum est si ab Im perator aut Populo Romano indicat l. ostes 24 ff de captivis Rege aut populo qui superiorem non recog noscat Aleiatus in presenti n.º 44 Petrus Gregorius 2.ª parte sintagmatum libro 19 cap.º 2 n.º 2 Privatim enim bellum gerere nemini licet nisi venia impetra tata Petrus Erodius libro 5 rerum judicatarum tt.º 16 cap.º 2 l. 1 C ut armorum usus interdictus sit libro 11 ubi Bartolus scribit consetiunt que plures dominis adversus subditos suos bellum licitum non esse nisi vel ad defentionem: vel ad offentionem si Principis licentia presto esse non possit Orostius in d. l. ex hoc iure n.º 6. Sane licitum bellum nullum esse potest nisi et provocatio presedat id est quod Hispono verbo dicit desafio unde Tullius primo de officijs belli equitatem santissime feciali populi Romani iure prescriptam scribit Plu tarcus problemate 62 Dionisius Alicarnaseus lib. 2 His toriæ Romanæ Aulus Gelius lib. 16 cap.º 4 quo referendus est tex. in cap.º jus militare ibi belli inferendi solemnitas

primo

prima distinctione cuius antiquum usum ex bonis autoribus refert Petrus Gregorius d cap. 2 nº 4. Priscorumque fecialium ministerium odie habere Heraldos aput galos notat Vincentius lupanus lib. 1 de magistratibus francorum aput Hispanos vº. eorum loco subrrogatos esse eos quos Reyes de Armas apellamus late et acurate de eorum origine officio nobilitate potestate privilegijs et onoribus agens novissime scribit Eruditus Prudentius de Sandoval lib. 16 Historie Caroli quinti §º 26. Alioqui si provocatio non precedat proditorie agi dicit Juanes Andreas et canonistae in cap. 1 de omicidio lib. 6 quod in itio belli intelligimus namque post induçias ad tempus factas absque nova provocatione bellum renovari potest Baldus in tit. de pace constantie §º vasalli glosa amitant quoniam cum ipso Jure provocatus quis e. So minis provocatione non erit opus. Ergo cum ab eo qui indicendi bellum habuerit potestatem indictum sit in dubio debent milites pro causa domini sui bene presumere cap. quid culpat. 23 q.ª 1 nec Jura partium ipsi cognoscere cum ad eos id non pertineat Justa que intelliges tx in l. postliminium 19 ibi per iniuriam ff de captivis ubi et si iniustum bellum sit, bello tamen capta occupantium fiunt quoniam hoc Jure non attendit Justitia belli sed an solemniter fuerit indictum quem tx in id expendit Jasso nº 29 in dl ex hoc Jure Alciatus lib. 2 paradoxorum cap. fin. nº 7 sufficit enim ostes esse quibus bellum indicit aut publicat ad hoc ut bona capta capientium fiant d Losses ... quod ipsum probare videtur tx in cap. si episcopus de suplenda

neg

negligentia lib. 6 ubi episcopus captus a paganis vel sicinabus ipsorum servus effectus ut probant illa verba ac si du per mortem vacaret juncta legem servientem 209 ff de regulis juris et illa verba libertatem restitui que ostendit amissam fuisse arguto l. manumissiones q. ff de justitia et jure

Nº 25 Quas opiniones ut componas resolves jure civili Romanorum justa opinio hanc glose nostre ut bona capientium fiant bellum solemniter indictum fuisse requiri ut in d. l. hostes 24 ff de captivis et ff de verborum signif. quamvis jure canonico justa etiam indicendi belli causa desideret ut capta capientibus adquirant ut late cum multis resolvit Covarrubias in regula peccatum 2ª p. § 9 nº 2 justas belli causas enumerans sequentibus numeris. Cuius contrarium non probat tx in d. cap. si episcopus qui loquitur in hostibus Christiane religionis qui benigno so jure non utunt sed quomodocumque capta etiam per tirannidem et injuriam sibi adquirunt

Nº 26 Quibus sic constitutis non obstat d. lex penultima ff ad l. Juliam peculatus cum aliis relatis s. nº 23 quoniam etsi verum sit vetustissimo jure gentium que bello capiunt capientium effici ex nostro tx cum similibus: id tamen jure civili temperatum est ut quamvis res capte capientium efficiant cum tamen milites de publico stipendia et salaria habeant tenent hec spolia ad ducem suum referre ex divo Ambrosio lib. 1 de Patriarchis cap. 3 et d. l. penultima que sic stipendia cum dux predam in publicum sive erarium redigi liceat que postea militibus aliquid donationis causa relinque

quere et eorũ sortem operam remunerare d §º similiter quod Jure obtimo militaris agnovit disciplina ne miquissima sorte preda eorum sit qui omissis ostibus eam dum taxat sectabantur in publicum qº redigunt questores non solum mobilia d l si captivus versiculo expulsis ff de captivis sed etiam se moventia item que captivorũ et obsiduũ bona d l Divus ff de Jure fisci que Justa lege sunt accipiende ea que scripsit in titulo eas que ex ostibus nº 2 et 3

Denique illud superioribus adest quod in presenti dispuctare solent interpretes an bona que bello capta sunt et Justa nostrũ lex occupantibus adquisita si ab eis recuperata sint prioribus dominis restitui debeant late examinari a didaco covarruvi. d regula peccatũ 2ª p. §º 11 nº 7 N 27

Denique quod lex in presenti versiculo et insula mari nata docuit a nobis explicari in §º preterea quod per aluvionem nº 3 et in §º in sula insti. de rerũ divis. quemadmodum et que de adquisitione gemmorũ lapillorũ et margaritarum in fine huius lex refert admonens eorũ fieri qui primi harum rerũ possessionem nacti sint a nobis etiam exponit in §º item lapilli illo titulo.

Quare anotatione dignum ẽ inventione non sufficere sed et ocupationem requiri ut dominiũ adquirat quod et probat lex in l 5 ibi e la tomare primera mẽte titulo 28 pª 3

Ex quibus notabiliter infert a Bartº in presenti et in l si Bars...torem 13 C de fideiussoribus per lex ibi adstantia et leges quibus cavet indicitque pena in eos qui noctu cum armis fuerint inventi ut videlicet ne eam non in N 28

sidat

sidat qui cum armis inventus fuerit nisi et de prebendat, quod est notabile ad tx in l 5 tt.° 6 lib. 6 recopilationis quae id disponit et ad tx in l 3 tt.° 8 lib 7 recopilationis quae similiter poenam iniungit venatoribus qui cum laqueis fuerint inventi qua de re late agunt [illegible] relati in d.° item lapilli n.° 3

AD § ADIPISCIMUR AUTEM

Huius l. 1.ª ff hoc tt.° AD.°

Richardo Hoc anno 1606

Recte Julius Paulus possessionis notatione et origine in huius legis principio propositis, quia praecipuus fere per locus in omni tractatione de persona est, cum nunc ancelit prosequi quae ad finem usque huius capitis initio quae hoc axioma proponit per nos met ipsos possessionem in primis adquiri.

Quae sane assertio cum mox l.ª ex §.° item adquirimus cum sequentibus huius l. et alios quoque per personas plures ciat per quas adquiri possessio possit difficultatem habere videtur si consideres unius inclusionem alterius exclusionem esse l cum praetor 12 ff de Judiciis l moribus 22 versiculo fin autem C de procuratoribus cap.° non ne 5 de praesumptionibus idemque collegi per argumentum a contrario sensu cuius maximam esse vim ostendimus accurate in disputatione de mora n.° 132 maxime si coniungas vim et potestatem pronominum nos met ipsos quibus in praesenti l.ª utitur quae pro solemnitate significant l Papinianus 8 ibi ipsius enim iniuria est ff de inofficioso.

Hunc

Hunc scrupulum ut removeant Aretinus Jasson et alij interpretes plura sic nugatoria de dictionibus personalitatem inducentibus adducunt. Acurtius rem recte explicat, dicens his verbis personas alias non removeri. Nam ut sensus constet coniungendus est hic locus cum §.º item adquirimus ex quibus hec Pauli sententia confecit. Non tantum nobis adquiri possessionem per nos met ipsos sed etiam per alios. g.º cum dictusione quadam utat Paulus prius membrum hic explicat, alterum ex d §.º item adquirimus. Unde nam sesat quod de exclusione diximus non enim admittit, unde contraria disponentis voluntate constat que sequentibus §.is satis explicat. Argumentum autem a contrario sensu ad Saris correctionem nunquam sumit ut est vulgare, explicanteque a nobis relati d nº 132. Notum quoque etiam illud pronomina nos metipsos in hac l non exclusivam sed dispositivam personalitatem indicare esse quoque verum huius l. sensum possessionem proprio adquirentis tantum non etiam alieno ministerio adquiri. Que cum certissima regula sit ab ea tamen furiosus et pupillus excipiunt, qui sine curatore, aut tutore incipere non possunt possidere. Que exceptio cum sepe sit de regula diximus in §.º testes nº 3 inst. de ttis hunc quem proponimus sensum satis probat. Verum quod de his personis Julius Paulus proponit qualis sit audiamus oportet.

Quamvis possessionem adquirere unusquisque qua in primis per se ipsum possit (ut paulo superius audivimus) id tamen cum corpore et animo efficiendum sit, nec solo corpore nec solo animo sed utroque simul concurrente N 1

ut

vt late d. in principio huius l 1 ex n.o 11 et ex possessio
nis diffinitione quam ibidem scripsimus probantque
lex 3 in principio §.o in amitenda lex quemadmo
dum 8 d. eodem l fere 153 ff de regulis juris l licet
4 C hoc tit.o l 6 tit.o 30 p.a d. hi tantum potuerunt
adquirere qui animum et intellectum alicuius adquiren
di sibi habent. Ergo vt hic Paulus docet furiosus non
poterit incipere possidere, quod idem in l quod meo 18
§.o si furioso d. hoc tit.o notatum est et sane recte cum eius
nulla sit voluntas l in negotijs 5 l furiosi 40 ff de
regulis juris §.o item furiosi inst.o quibus non est permi
ssum §.o furiosus inst.o de inutilibus et vtrobique late
scripsi expresse quam hanc rationem Paulus noster in
sinuat ibi quia affectionem tenendi non habent l
licet maxime rem suo corpore contingant.

N.o 2 Sed hic illud videtur movere quod in l si quis
27 d. hoc tit.o ibi quia furiosus non potest desinere
possidere d. hoc tit.o scriptum est si coniungas quod frequen
ter iactatur non esse minorem virtutem parta tueri
quam de novo adquirere. ergo cum furiosus retinere pos
sessionem possit in quo etiam et affectio et animus desi
deratur, eam adquirere posse pariter dicendum videtur

Facillime tamen nodum hunc dissolues si nostri
tx verba perpenderis ibi non potest incipere possidere
non enim ait Paulus non posse possidere, sed non posse
furiosum adquirere possessionem quam nunquam habuit
eodem quo est amitionis ratio d l si his qui ex eodem
fonte manat, cum possessio et adquirit et amittitur ani
mo

mo et corpore non possit d. l. 3 cum alijs, teneri absque animo possit dum quis corpore rem contingat et animum amitendi non habeat ex eisdem Juribus quia facilius Jura nostra conservamus quam de novo adquirimus l. patre furioso 8 ff de his qui sunt sui l. 4 ff de divortijs l. si cum dotem 22 § si maritus ff soluto matrimonio animus et voluntas amitendi cum in furioso non dete, sed potius illa in qua erat quo tempore furor supervenit recte Paulus noster in presenti furiosum non posse incipere possidere ait et Proculus in d. l. si is qui eum possessionem retinere contendit

Nec obstat per oblivionem eam amitti l. si id quod 25 l. peregre 44 ff. eodem l. 14 tit. 30 p. 3. procedit enim id in homine sane mentis qui oblivisci potest et ex longa oblivione censet habere animum non possidendi: quod in furioso non contingit in quo temporis lapsus ex quo cepit furere nihil operat sed in ea voluntate dictare presumit in qua erat tempore intermissi furoris ut eleganter text in d. l. patre 8 ibi quasi voluntatis reliquijs in furioso manentibus l. 2 § voluntatem versiculo et Julianus convenit ff eodem traditus n. 23 a Petro Barbosa ff soluto matrimonio N 3

Sed an furiosus qui incipere possidere non potest si curatoris accedat autoritas possit post Alciatum in presenti verbo sane tutoris reliqui dubitant interpretes. Et sane quamvis noster text his verbis furiosus et pupillus sane tutoris autoritate non possunt incipere possidere a contrario sensu probare videatur interveniente ea eos incipere posse po-

possidere. Quod et ratione niti videtur licet si enim plus juris habeat tutor in infantem quam curator in furiosum argumento l in copulandis § C de nuptijs quod et jovinus in presenti advertit tamen quo ad ad quirendam possessionem attinet par ratio eadem quae in utroque ignorantia. Contraria tamen sententia placuit communiter inter scriptores ut observant hoste nº 16 Alciatus nº 18 eo casu licet per curatorem possessio queratur l 1 ff de bonorum possessione infanti competenti non tamen tamquam per furiosum ipsum quesitam censeri, sed solius curatoris facto niti, cum nihil adquisitionis quamvis in furiosi persona possit fundari. Nam quamvis alias qui per modum autoritatis consentit non videtur id velle ut actus a se substantiam et robur capiat l multum interest C si quis alteri vel sibi tamen equitate sugerente placuit quod cum sciat curator nullum plane esse furiosi sensum aut intellectum satis videatur agere ut ex sua persona actus sustineat non autem fiat elusorius justa quam inter pretandi rationem nostri tx verba accipienda sunt licet aliud putaverit Duarenus ad finem dicti.

Nº 4 Denique ex illis verbis *sicuti si quis dormienti aliquid in manu ponat* ab interpretibus in presenti observatum est dormientem furioso comparari. Inde quae efficitur quod si dormiens aliquid admiserit aliquem perenserit occiderit nihilo magis puniendum esse quam furiosum qui non plectitur si aliquid admiserit in furore l Divus 14 ff de officio presidis l infans 12 ff ad l Cornelium de sicarijs clementina si furiosus de omicidio l 9 tt. n l 3 tt. 8 p. 7 Quid autem si ante furorem deliquit vel post quam castus aut

aut condemnabis e furere coperit an etbune furor excuset vide Bald. et Jass. in l. furiosum C qui tt.a facere possunt Placa late disputatum de delictis cap. 29 ex n.o 1 Petrum de guevara post alios ibidem in d. l. Diuus Couaru. in d. clementina dt. si furiosus 3.o p.o in ini... ex n.o 1 Antonius Gomez 3.o tomo cap. 1 n.o 10 Villalobos in comunibus opinionibus litera f. n.o 251 Julius Clarus lib. 3 §.o fin. quest. 60 n.o 7 ubi plura Baptista Baiardus Menoquius libro 2 de arbitrarijs casu 325 Cantera questionum criminalium cap. 6 n.o 65 Mascardo de probationibus conclusione 89 doctor Spino de tt.is in rubrica glosa 10 n.o 30 et nouissime que alios etiam refert eruditus noster Joanes de Solorzano lib. 2 de parricidij crimine cap. 18 versiculo plane nullus e enim in dormiente delinquendi animus quo eius factum impunitum erit l. Diuus 14 ff ad l. Corneliam de sicarijs quod tamen ita e intelligendum nisi culpa aliqua eius arguat qui in somnis aliquid comisit ut si forte sciebat se sibi accideret ut dormiens aliquem perciteret quia nouum non e culpa sine dolo puniri l. si putator 31 ff ad l. Aquiliam placuit itaque nobis eum arbitrio Judicis puniri quod fuit sententia glose per tx ibi in cap. fin. de his qui filios occiderunt tx expressus in l. 5 versiculo os i acaeciese tt.o 8 p.o 7 que tamen pena relegationis in quinquenium imponit explicat cum alijs Antonius Gomes 3.o tomo cap. n.o 79 Placa ubi s. cap. 31 Couarruuias 3.o p.o in initio n.o 6 Julius Clarus d. questione 60 n.o 13 Menoquius casu 327 Tiraquelus de penis temperandis causa 5 Medices tractatu mors omnia soluit 1.o p.o versiculo premisso 8. Posesionem igitur is demum sibi adquirit qui animum tene

tenendi habet itaque qui caret mente non potest dici possidere unde de pupillo disputatio nascitur quam examinemus oportet

N.º 5 Ait lex pupillus sine tutoris autoritate non potest incipere possidere. Ex illa ratione quam in presenti Paulus expressit quia affectio nem quidem tenendi non habent licet maxime (rem) contingit et his quae in hoc tit.º n.º 1 observabimus dicunt pupillum sine tutoris autoritate non posse incipere possidere verum cum pupillus is sit qui sui juris minor est 14 annis si masculus sit, vel si femina 12 ut multis scripsimus principio inst.ª quibus modis tutela finit in rubrica inst.ª de pupillari in § 1 inst.ª quibus non est permissum et in § pupillus inst.ª de inutilibus constat quae hac de re intersecuerunt. l.C.i quaestio nem exortam variae quae dixi jam quidam enim existimabant pupillum non posse adquirere possessionem nisi tutoris autoritate suppleretur animus et judicium quod ipsi deest Ofilius autem et Nerva putaverunt posse incipere possidere pupillum sine tutore auto re quam sententiam Paulus noster admisit si eius aetatis sit pupillus ut intellectum habeat quo cum ex hoc lex sententia haec desumatur pupillum sine tutore suo si intellectum habeat aliquid sum adquirere possessionem at si non habeat non posse quae dilucidius difficilis haec quaestio discutiat pupillum ab infante separamus

N.º 6 Pupillus ergo qui infantiam excesserit id est qui maior septem annis sit l. si infanti 18 C. de jure deliberandi aliquo exornabis ex traditis a Menoquio inius ego

ego memini in d. §. pupillus n.º 20) et ita e ut intelli
gat quod agit si hoc animo erit ut vellet possidere eoque
animo quid ingrediatur aut accipiat continuo possidebit
ex hic etiam l. quamvis 32 §. pupillus j. hoctt.

Nec huic sententie obstat Jus de his que pu
pilli gerere possunt constitutum videlicet etiam si adquiren
do agat nihil tamen adquirere sine tutoris auctoritate
posse, si ex eo aliqua obligatio aut damnum pupilli metu
at §. 1 J. regule inst. de auctoritate tutorum ubi latt dixi
plane possessio sine obligatione aut certe incommodo pupi
lli, sepe illi adquiri non potest nam si inspiciet quid
ocupet obnoxius fiet risti tutoria. Quoniam ulterius quos
in presenti refert Paulus recte huic obiectioni occurrunt
quia adquisitio possessionis facti e, aprehendere rem facti
e, velle rem habere etiam facti est si Juris esset posset
dubitari an pupillus posset possessionem adquirere, quo
niam prius Jus de auctoritate tutoris adhibenda=
in his locum habet que Juris sunt et Jure impediri possunt
ut e dominium hereditatis obligationis actionis adquisi
tio: ad ea que facti sunt qualis e possessio non perti
net cuius rei ratio expressa e a consulto in §. sicuti
vi esori j. quia res facti Jure civili infirmari non
potest: id que e quod alibi dicit facti causas infectas
nulla constitutione fieri posse l. in bello. 12 §. facti
ff de captivis. Ergo cum pupillus si mul adque ingre
ditur possessionem et voluit possidere obtineat id quod
facti e nempe possidere, voluerit que possidere quod
etiam

etiam facti similiter è nullo Jure fieri potest quia illa fierj
et inde nullo Jure potest effici quin possideat quamvis
tutoris autoritas non accesserit

N° 7

Hæc quamvis verissima sint et possessionem facti esse indubitanter teneidum docuerimus s. in dic[tis] §. principio ex n° 16 adversus tamen Sancti Juris consultorum rationem illud movere videtur. Pupillum sine tutore obligationem contrahere, non qua ipse obligetur sed qua sibi alium obliget recte posse ut in d[ict]is de autoritate tutorum et in d. §. pupillus et ibidem late a nobis ad notatum è et constat obligationem non facti sed Juris esse. Vt definivit Justinianus in principio inst. de oblig. quod non ea ratione quia possessio facti è eam pupillus sine tutore adquirit cum idem et si Juris esset admitendum videatur. Verum facilis è solutio quoniam ut eisdem locis traditum è et si Jure summo et stricto negare alium sibi pupillus sine tutore posset obligare benigne tamen receptum è ut pupillus solus sine tutore meliorem conditionem suam efficere semper possit, deteriorem non possit. Quod quare in his etiam quæ Juris sunt admitendum sit cum late dictis in locis dixerimus nisi tendum nunc non è. In his v. quæ facti sunt, quia ad Jus pertinent neque Jure aiuti possunt infirmari id non atendit scilicet indistincte sive meliorem sive deteriorem conditionem suam eficiat pupillus facere potest factum quæ manet inde quæ et et possessionem adquirit et retinebit adquisitam. Vnde fit pupillum sine tutore

pro

suo corripere l. 4 § pupillus ff tit. quia quo ad Juris effectus possessio sicut meliorem conditionem efficere potest deteriorem sicut et alia quae Juris sunt non potest.

N 8

Sed grandis se se nobis inicit Jam difficultas ex l. pupillus 11 ff. tit. quae probat pupillum sine tutoris autoritate nec naturalem possessionem amittere posse. Unde et illud necessario videtur consequi nec eam possessionem sine tutore posse eum adquirere cum et adquisitio et amissio possessionis a pari procedant ut supra n. 1 et 2 in hoc § diximus. Quae difficultas ea efficit consideratione insuperabilis quod J.C. non de quacumque sed de naturali possessione tantum loquitur, quae cum in facto tantum consistat videlicet in nuda et simplici detentatione ut alienus creditum est, eam a pupillo nudo etiam et simplici facto amitti posse videbatur ut sine scrupulo scripsit Ulpianus in l. possessionem 29 § hoc tit. Pugnant igitur Marcianus et Ulpianus nam ille in d. l. pupillus, pupillum sine tutoris autoritate nec naturalem possessionem quae facto initur amittere posse ait. Id totidem expressis verbis Ulpianus negat in d. l. possessionem.

Hanc pugnam varie componunt interpretes ut constat ex Merlino in dictis locis et in l. 2 § si a pupillo ff pro emtore Gregorio Lopes Madera lib. singulari animadversionum cap. 25. Ego ex principiis a nobis Jam animadversis hanc J.C.rum dissensionem sic conciliandam aio. et constitutio cum Ulpiano in d. l. 29 quod facti est in amissione possessionis videlicet rem tenendo aut non tenere a fundo exire rem deponere et id genus alia pupillum sine tutore recte efficere. Est enim id facti non Juris

qua

quare civili Jure non potest nisi mani ut s. nº. 6 dixi-
mus. Alia sane causa est si forte animo velit possessionem
amittere: nam licet et amittendi voluntas in facto con-
sistat quemadmodum et quae in adquirendo posita est
quia tamen cum voluntas in illis quae damnum aut pre-
judicium illi afferre possunt pro non voluntate Jure civi-
li habetur, animo desinere possidere non potest. Dicam
apertius. Exire a fundo rem deponere sic in facto con-
sistunt ut facta infitiari Jure civili non possint. ad-
que est quod ait Ulpianus ibi quod enim facti est potest
amittere velle exire velle rem deponere si id pupillo
noceat Jure civile recte potest ignorari, pro ut quaecun-
que alienatio quae sine autoritate et consensu pupillo noceat
§º nunc admonendi inst. quibus alienare licet vel et per-
inde sit ac si nunquam tale quid voluisset. Nec tamen nobis
obstat Marcianus in d. l. pupillus ibi et nec quidem possessio-
nem quae est naturalis quoniam licet haec verba ad tenues
de nuda et simplici detentatione accipiant ab autoribus
longe tamen falluntur neque enim id Marcianus potuit
contra factorum rerumque veritatem docere aut affir-
